AUTHOR:

EIBEL, JAKOB

TITLE:

DE VOCATIVI USU APUD DECEM ORATORES...

PLACE:

WURZBURG

DATE:

1893

Master Negative #

92-80541-16

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Eibel, Jakob,
De vocativi usu apud decem oratores Atticos scripsit Jacobus Eibel. Programm des K. Neuen gymnasiums zu Würzburg... Würzburg, Bonitas-Bauer, 1893.
62 p. 22½ cm.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 4-7-92 INITIALS SA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE VOCATIVI USU
APUD
DECEM ORATORES ATTICOS

SCRIPSIT

JACOBUS EIBEL.

PROGRAMM
DES
K. NEUEN GYMNASIUMS ZU WÜRZBURG
FÜR DAS
STUDIENJAHR 1892/93.

WÜRZBURG, AM 14. JULI 1893.

WÜRZBURG.
K. BAYER. HOFBUCHDRUCKEREI VON BONITAS-BAUER.
1893.

De vocativi usu apud decem oratores Atticos.

Quemadmodum recentioribus oratoribus sic principibus illis antiquae eloquentiae magna suppetebat copia subsidiorum, quibus orationes suas, quas tamquam artificia esse vellent, exornarent. Quo in numero praeter alia loquendi genera allocutiones quoque habendae sunt, quibus perpetuitatem atque continuitatem sermonis multipliciter aptissimeque interrumpebant et singulis vocabulis ac totis enuntiationibus summam vim atque pondus saepe addebant.

Perpendens igitur etiam in hoc orationis ornandae genere veteres oratores curam diligentiamque collocasse et artem virtutemque eorum clare comparere, non alienum fore putabam ad vocativi usum apud praestantissimos eorum animum dirigere et quam accuratissime exponere, quas formulas usurpaverint et quas normas legesque in iis collocandis adhibendisque sint secuti. Nolo tamen omnes omnium orationum vocativos persequi, quia et numerus eorum solito maior est et multi reperiuntur, qui ad certas leges revocari non possunt; saepe enim perdifficile est disquirere, quibus de causis oratores aliquam allocutionem sententiae inseruerint aut postposuerint. Id teneamus haec orationis ornamenta ab iis nunquam inconsulto addita esse, quamvis interdum levis fuerit causa, cur id facerent, ut si nihil aliud aliquot locis efficere voluerunt nisi ut asperam vocalium vel vocabulorum concursionem evitarent: Dem. 19, 307 *μάλα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καλά* . . . .; Dem. 22, 51 *τοσοῦτον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τοσούτων* . . .[1])

---

[1]) Cf. Dem. 9, 70 *ἐγὼ νὴ Δί’ ἐρῶ καὶ γράψω* . . . 35, 40; 37, 53.

Atque de allocutionibus quidem non universa ratione disputavit sed Demosthenicum tantum usum et tractationem ex parte persecutus est Doberenzius celeberrimus ille Demosthenis interpres in ea commentatione, cui inscribitur „De allocutione“ (progr. Hildburgh. 1844 excurs. I et III). Qui etsi rem non ad perfectionem perduxit, tamen ad illustrandam eam multum contulit. Eae autem quaestiones si cui leves et minutae videantur, reputet secum cuiusvis scriptoris opera tum demum facile explicari et perspici posse, cum in omnes vel minimas partes explorata et disquisita sint.

Restat ut profitear me, cum in ipsis vocativis et vocabulo ὦ libri saepe ita varient, ut permultis locis praecipue Demosthenicis vix unquam integra verba restitui possint,[1]) satis habuisse editiones Bekkeri (Berol. 1823 sqq.), Baiteri et Sauppii (Turici 1839—1843), ex bibl. Teubn. Hyperidis fragmenta a Frid. Blassio (Lips. 1869) edita manu versare et modo eas allocutiones respicere, quas hi commendant editores. Quibus aliis subsidiis litterariis ad hunc libellum conficiendum maxime adiutus sim, occasione data mentionem faciam.

Illas orationes, quas spurias esse aut inter omnes constat aut plurimos, non excludam, ut demonstrem in allocutionibus quidem eas a vero et probato decem oratorum genere dicendi non discrepare.

Quibus praemissis iam ad rem ipsam veniamus tractandam.

I.

Ac primum quidem allocutiones collocabant oratores eo consilio, ut cum auditoribus sibi intercedere artissimam coniunctionem aperte significarent, ut honorare eos et maximi facere se ostenderent (Voemel. Dem. cont. § 137 . . . nec rarius, ne auditores neglegere atque despicere viderentur); deinde eas adiciebant, ut animos auditorum attentiores

[1]) Voemel. Dem. cont. § 137; annal. litt. antiqu. 1840 p. 1168 not. et 1844 p. 163.

redderent ad ea, quae modo dixissent vel essent dicturi, vividosque conservarent: tum usurpabant eas in variis tractationis generibus[1]), quibus singula orationum membra, prooemium, narrationem, argumentationem, perorationem inter se coniungebant et maiores partes in illis membris continuabant, ut et cursum sermonis paululum retardarent et vim gravitatemque eius magis efferrent animosque audientium ad eum intenderent. Huc spectant inprimis coniunctiones quaedam et interrogationes rhetoricae, quae dicuntur, et verba mirandi, indignandi atque stomachandi, orandi atque obsecrandi, et imperativus et exhortativus.

Allocutione autem in orationis initio oratores utebantur sic, ut aut eam post pauca vocabula, ne gravius inciderent, praegressa ponerent, aut orationem ab ea inciperent, quod tribus (quattuor) tantum locis factum est: Isae. 3. Dem. 20; 32; (7, quam orationem Hegesippi, non Demosthenis esse maxime probabile est). Interdum eam post extrema enuntiati vocabula collocabant, quo gravius et ponderosius explerent atque concluderent (Lys. 10; Isocr. 17; Dem. 26; 36; 46). Allocutione plane carent ex Antiphontis tetralogiis, quas vocant, *Aαγ*; B: C *αβγδ*. Hunc autem oratorem in omnibus tetralogiis aut nullas aut perpaucas adhibuisse allocutiones non est quod miremur; commenticias enim causas adumbravit modo, non iustas orationes confecit. Pari modo desunt allocutiones in oratt. Lys. 8 et 11, quarum unam commentationem, alteram epitomen esse critici cognoverunt. Apud Isocratem, cuius iudiciales tantum orationes huc spectare apparet, in oratt. 20; 21 et 16, quae quidem exstent, nullam allocutionem invenimus. Atque hic paene in omnibus orationibus iudicialibus, quas aliis composuit, allocutionibus propemodum se abstinebat, sola or. 17, quam E. Benseler ut spuriam uncis inclusit, iis adeo abundat, ut praeter alias

[1]) Cic. de orat. II § 177 varia esse debet tractatio; auct. ad Herenn. II. 18, 27.

res hac quoque abundantia inusitata suspicio ac dubitatio confirmetur eam germanam non esse.[1] Initio orationis deest allocutio ap. Ant. *Αβ*, *Ββγ*, Isae. 11, Lys. 9, Din. 3, Dem. 28 et 31. Caput ipsum incipit allocutio ap. Din. 1, 72; Dem. 56, 37.

In ceteris vero orationum partibus et membris si fluctuantem sermonem allocutione aliqua interrumpebant oratores, perraro eam enuntiato postponebant, saepissime interponebant ita, ut in quo verbo totius sententiae cardo inesset, id vocativus exciperet.

Trita autem et usitata allocutione utebantur veteres oratores formulis *ὦ Ἀθηναῖοι*, *ὦ ἄνδρες*, *ὦ ἄνδρες δικασταί*, *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, quarum duae postremae etiam sine vocabulo *ὦ* exstant (de qua re vide infra). Nec vero unquam nudum earum vocativum *Ἀθηναῖοι* reppereris (ap. Lys. 6, 50 locus est corruptissimus, quare non est, cur hic respiciatur). Nuda autem formula *ἄνδρες* legitur semel ap. Lys. 1, 32, semel ap. Andoc. 1, 89, id quod recte, ut opinor, a singulis editoribus improbatur.

Dem. 8, 37 habent Σ, L, V *τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν Ἀθηναῖοι;* hoc postremum vocabulum vocativi vim habere non posse ex iis, quae diximus, elucet. Itaque Funkhaenel. (annal. Darm. litter. 1840 no. 142) et Voemel. (annal. Marburg. litter. 1843 n. 41) appositionem opinantur esse verbi *φήσομεν*: „Quid nos Athenienses (qui Athenienses sumus) ad has ceterorum Graecorum interrogationes respondebimus? At Bekkerus et Turicenses editores scripserunt *τί* . . . . *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*; quod etiam Doberenzius l. c. improbat, qui censet verba *ὦ ἄνδρες* a librario adiecta esse. Sed primum articulus omissus, quem appositioni addi solere Kruegerus[2] monet suspectus mihi videtur esse, praesertim

[1]) Cfr. Christ, Geschichte der griech. Litteratur, Nördl. 1889 pag. 296, n. 1.

[2]) Griech. Sprachl. § 50 A. 4.

cum antecedentes voces *οἱ Ἕλληνες* opponantur; tum id monendum esse iudico, cum ei sermones, quos Graecis universis orator supponit, inducantur formula *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* (§ 35), oratoris quaestionem *τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσομεν* indignationis plenam pulcherrime atque aptissime allocutione *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* concludi atque vim eius augeri. Quocirca ego ab iis editoribus, qui praesto mihi sunt, a Bekkero et Turic. edit. stare malo. § 31 eiusdem orationis habet ipse Parisinus cod. *ὅτι ληρεῖτε Ἀθηναῖοι*, quamquam hoc loco de appositione cogitare non licet. Res sic se habere mihi videtur. Demosthenes quae verba ipse dicere debuit, ea ut res gravius incideret, alii cuidam accommodate affinxit, quam figuram veteres technographi notationem sive descriptionem (*ἠθοποιίαν*) nominabant. In tali autem sermocinatione a Demosthene plena allocutio, si non primum locum obtinet (vide pag. 15), usurpatur; quam ob rem haud scio an legendum sit *ὅτι ληρεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*. Quae cum ita sint, nonne verisimile est, si quid hoc loco delictum sit, etiam illo, quem supra diximus, loco vocabula *ὦ ἄνδρες* excidisse? Sed haec hactenus.

II.

Sequitur alterum caput, quo quae allocutiones apud singulos oratores reperiantur, quae plurium oratorum communes sint, quae sit earum frequentia, quaeratur. Elucebit autem omnibus allocutionibus in medium prolatis in universum, ut iam supra dixi, orationes germanas a spuriis exceptis paucis vix quidquam differre.

Apud Antiphontem reperimus allocutionem *ὦ ἄνδρες* (29), ter (*Ββ* 2; 5, 84; 6, 1) pleniorem allocutionem *ὦ ἄνδρες δικασταί*. His formulis addo *Αβ* 13 *ὦ ἄνδρες (τῶν μεγίστων) κριταὶ καὶ κύριοι*; *Βγ* 3 *ὦ ἄνδρες (ἀνοσίων) τιμωροὶ (ὁσίων δὲ) διαγνώμονες*; *Βα* 1 *ὦ ἄνδρες πολῖται*; 1, 7 *ὦ δικάζοντες*.

Andocides utitur simplicissimis formulis ὦ ἄνδρες (53) et ὦ Ἀθηναῖοι (22), semel (1. 136) ὦ ἄνδρες δικασταί, ubi plenior forma plus habet gravitatis; 3.13 habent paene omnes libri ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Zb ὦ ἄνδρες. Errabant autem editores Turicenses, cum ἄνδρες Ἀθηναῖοι scribi vellent, propterea quod 2. 14 repperiretur ἄνδρες βουλευταί: non cogitabant enim c. l. alium dicentem facere oratorem, nostro suis ipsum verbis vocativum adicere. Nihilo minus ego censeo legendum esse ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ideo quod ab allocutione ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι plane abhorreat orator et vocabulum ἄνδρες quasi pro vocabulo ὦ, quae propter exhortativum deesse potest, substituat (Cfr. Dinarch.) Ceterum et haec oratio et quarta spuriae habentur (Cfr. Christ. l. c. p. 287 et not. 3. 4: Blass. Att. Bereds. I₂ p. 328: Maier. comment. V de Andoc. or. p. 9.

Lysiae orationibus continentur ὦ ἄνδρες δικασταί (162 aut 163), ὦ ἄνδρες (25); ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι (24), ὦ Ἀθηναῖοι (5), ὦ δικασταί (4), ὦ βουλή (55); praeterea quaedam formulae singulares.[1]) 30. 9 habent libri ἔτι δέ, οἶμαι, θαυμαστὸν νομίζω . . . .; unum verbum cum Tayl. eiciendum est, aut οἶμαι aut νομίζω: vocabulum autem οἶμαι a Lysia nunquam interponitur, quare Frank. scribi volebat καί; Bait. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι adiciebat; quem ego sequor, nam et initio capitis allocutionem saepissime interponi iam demonstravimus et vocabulum θαυμαστόν ea magis premi iudico. 28, 10 ὦ ἄνδρες δικασταί B et S, contra Schott. Ἀθηναῖοι docens in hac oratione usitatam esse allocutionem ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: sed velim conferas or. 12 et Isae. or. 4. Orationes 2; 6; 9; 20 Lysiae abrogantur (cfr. Blass. I. p. 430; 439; 566; 609; 506; Christ. p. 290 not. 5 et 291 not. 1. Etiam orationes 14 et 15 in dubitationem vocantur (cfr. Blass. I. p. 491; Christ. p. 290

[1]) Nudus vocativus ἄνδρες (1, 32) tam suspectus est quam ap. Andoc. (§ 89); apud oratores in usu non fuisse videtur.

not 5). Orationem 12 Lysias unam ipse apud iudices habuit (Christ. p. 289).

Isocrates usurpat ὦ ἄνδρες δικασταί (27),[1]) ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι (2), ὦ ἄνδρες Αἰγινῆται (4).

Apud Isaeum in usu sunt ὦ ἄνδρες (144) et ὦ ἄνδρες δικασταί (17).

Lycurgus habet ὦ ἄνδρες (56), ὦ Ἀθηναῖοι (8), ὦ ἄνδρες δικασταί (3); § 85 exstat allocutio ἄνδρες δικασταί. S. ὦ ἄνδρες δικασταί: sed quod orator Athenienses concitatiore animo interrogat, voculam ὦ facile potuit omittere.

In Aeschinis orationibus Turicenses editores et Bekkerus valde inter se discrepant: quorum hic saepe cum minima, saepe sine ulla librorum commendatione vocabulum ὦ ἄνδρες adiunxit, illi meliores codices secuti vocativum ὦ Ἀθηναῖοι inseruerunt. Atque in prima oratione reperimus 26 ὦ Ἀθηναῖοι T et b. 10 ὦ Ἀθηναῖοι. T. b ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, in altera 9 ὦ Ἀθηναῖοι T et b. 9 ὦ Ἀθηναῖοι T. b ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, in tertia 2 ὦ Ἀθηναῖοι T et b. 8 ὦ Ἀθηναῖοι T, b ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι: 23 locis eiusdem orationis sine ulla codicum fide ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι pro usitata allocutione ὦ Ἀθηναῖοι interposuit Bekkerus. Idem quattuor locis (1, 4; 3, 76, 183, 246) singulis sententiis adiunxit ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι nullo librorum adminiculo. Formulas ὦ ἄνδρες et ὦ ἄνδρες δικασταί, quae apud Aeschinem perraro inveniuntur, tantummodo commemorare satis habeo.

Dinarchus profert 45 ὦ Ἀθηναῖοι, 12 ὦ ἄνδρες, 7 ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Ex paucis Hyperidis orationum fragmentis (cfr. Christ. l. c. p 320) cognoscimus eius tritam allocutionis formulam fuisse ὦ ἄνδρες δικασταί.

Demosthenes non ambigue usus est pleniore allocutione ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι septingenties ter decies, ὦ ἄνδρες

[1]) De oratione 17 vide quae supra dixi (Christ. p. 296 not. 1).

δικασταί quingenties quinquies decies, *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* decies, *ἄνδρες δικασταί* novies, *ὦ βουλή* semel[1]), *γραμματεῦ* bis[2]). Tredecim loci occurrunt, quibus T cum Σ *ὦ* omittunt, b habet: [*ὦ*] *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* (18, 27, 47, 62, 96, 113, 140, 314, 321), [*ὦ*] *ἄνδρες δικασταί* (19, 221; 39, 21; 42, 6, 24; 43, 67), quinque, quibus substantivum *δικασταί* substantivo *Ἀθηναῖοι* commutat Bekkerus (18, 5; 26, 1; 42, 10; 45, 1; 39, 37), unus, quo T cum Σ scribunt *ὦ ἄνδρες δικασταί*, b *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* (19, 1), unus, quo habent Tcum Σ *ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, b *ἄνδρες δικασταί* (56, 37); tribus locis (10, 23; 34, 16; 51, 8) Bekkerus sine ulla codicum fide sermoni inserit *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*.

Demosthenes igitur mille ducentis sexaginta uno (quattuor) aut si eas orationes, quae spuriae aut sunt aut habentur[3]) non respicimus, octingentis triginta uno (quattuor) locis et populum Atheniensium et iudices alloquitur, ceteri oratores (excepto Hyperide) octingentis triginta quinque locis.

His autem allocutionibus aliae Demosthenis orationes aliis magis abundant; atque eas quidem rarissime adhibet in or. 31 (semel), quae oratio referta est interrogationibus rhetoricis, quae ipsae aptissimae sunt ad audientium animos concitandos et ad attentionem efflagitandam. Saepissime eas usurpat in or. 21 (nonagies novies), longissimam orationem (19) dumtaxat septuaginta tribus ornat.

In prioribus orationibus privatis Demosthenes praecipue utitur allocutione *ὦ ἄνδρες δικασταί*, in posterioribus *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*; publicis orationibus semper inserit (*ὦ*) *ἄνδρες Ἀθηναῖοι*; ceteris plerumque *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, multo rarius *ὦ ἄνδρες δικασταί*.

Rarissime autem utitur allocutione Aeschines (1 : 6 1/7 §§), paulo frequentius Antiphon, cuius orationes 1, 5, 6 huc

1) Or. 51, 1.

2) Or. de fals. leg. § 270 et or. 42, quam genuinam non esse constat.

3) Huc pertinent orationes 7; 10; 11; 13; 17; 25; 26; 34; 35; 42; 43; 44; 46—50; 52: 53; 56; 58; 59.

pertinent (1 : 5 1/2); hunc excipiunt deinceps Lysias (1 : 5), Isaeus (1 : 3 1/4), Demosthenes (1 : 3 1/6), Andocides (1 : 3), Dinarchus (1 : 2 2/7), Lycurgus (1 : 2 1/5).

Iam si a Demosthenis oratione 18 recesseris, in qua oratione Turicenses editores cum Bekkero modo consentiunt (§§ 196—296) in omittenda vocula *ὦ* modo discrepant ab eo (§§ 27—140 et §§ 314 usque ad finem), perraro illam voculam deesse intellegimus Dubiis in locis saepissime difficillimum est nudam an plenam allocutionem orator adhibuerit proferre iudicium. Addendam esse voculam *ὦ* equidem opinor, cum optimi libri commendent.

III.

Vocabulum *ὦ* utrum articulus sit an interiectio, quod huius opusculi fines excederet, disquirere nostrum non est. Ex antiquis enim grammaticis complures *ὦ* articuli *ὁ* esse vocativum constat iudicavisse (cfr. Hesych: *ὦ· ἄρθρον κλητικῆς πτώσεως, οἷον, ὦ ἄνθρωπε*); neque tamen his diebus dubium est, quin vim habeat interiectionis, quae si cui vocativo aut formulae iurandi testandique *πρὸς θεῶν* sive *πρὸς Διός* cet. (adde etiam *ὦ οὗτος* o du, der du der bist, et participia, velut ap. Dem. 18, 70 *ὦ λέγων εὐχερῶς, ὅ, τι ἂν βουληθῇς* o du der du leichtfertig sprichst) praefigitur, quia alloquentis vel simpliciter exclamantis est, cum circumflexo accentu, sin ad vocabula, quibus dolor, lamentatio (*ὢ σχετλιαστικόν*) aut admiratio (*ὢ θαυμαστικόν*) exprimitur, sive in nominativo sive in genitivo posita sunt, adsistit, cum acuto accentu scribitur. Ex hac lege iure scriptum legimus ap. Lyc. § 51 *ὢ πάντων ἐγώ κτλ*, et. ap. Hyper. or. fun XIV, 44 squ. *ὢ καλῆς κτλ*; contra ap. Dem. 9, 15 *ὦ πρὸς τοῦ Διός*; 14, 12 *ὦ πρὸς τοῦ Διός*; 29, 32 *ὦ πρὸς* (*τοῦ* F) *Διός*, 21, 166 *ὦ πρὸς θεῶν*, 21, 98 *ὦ πρὸς τῶν θεῶν* dissentiente Schaefero, qui duobus postremis locis codicum scripturam secutus *ὢ* pro *ὦ* praeponi vult.[1])

1) App. crit. I p. 750 et III p. 396.

Verisimile est Graecos antiquitus verba *ἱκετεύω* vel *ἀντιβολῶ* vel *λέγε (λέγετε)* vel alia eiusdem significationis cum aliquo vocativo subaudienda reliquisse. unde postea haec brevis exclamatio *ὦ πρὸς* . . . . videtur profecta esse. Utcunque autem res se habet, lectorem volo admonitum et tribus trium orationum locis Demosthenicis hanc scripturam omnium codicum fide comprobari et in omnibus eorum quos consului scriptorum exemplis interiectionem. in quantum cum praepositione *πρὸς* coniungatur. cum accentu circumflexo reperiri. velut Plat. legg. 662 C; Men. 71 D; Euthyd. 294 A; Apol. 25 C et 26 E; Rep. 5 p. 459 A: Xen. Hell. 2; Plut. Mor. p. 397 D. 676 C. 722 C; Soph. Ai. 371. Oed. T. 1037.[1])

Allocutione autem interiectione aucta oratores universi plerumque utebantur. cum placide loquebantur. ut auditores honorarent: paene unus Demosthenes interdum interiectionem omittebat. cum sedate loquebatur. velut 18, 216 *ἐν οἷς πᾶσιν. ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατά γ' ὑμᾶς ἐφάνησαν ἐγνωκότες*: hoc quamquam enuntiato laus et comprobatio continetur. tamen interiectio deest (cfr. etiam Ant. 1, 89; Dem. 18. 96. 216. 219; 27. 251. 321; 39. 21; 42, 24: 59. 125). Eundem cum Athenienses reprehenderet his verbis (24. 186) *ὑμᾶς δ' εἰς τοσοῦτον. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. προήχθητ' εὐηθείας κτλ.* concitato animo fuisse apparet; nihilo setius *ὦ* adiectum videmus. Quid quod interdum plurimum interest ad addendam interiectionem, utrum orationem ipsam vel caput incipiat vocativus an prima verba subsequatur? Itaque non licet in

[1]) Eos, qui de his rebus plura requirunt, revoco ad hanc litteraturam: Apollon. de synt. p. 29, 25; 51, 28; 53, 21; 54, 27; 69, 26. — Hesych. s. verb. *ὦ*. — Etym. Magn. p. 79, 23 et Etym. Gud. p. 576. 40. — Thom. Mag. 930 (Voemel. cont. proleg. § 136). — Schoemanni animadv. ad vet. gramm. doctr. de artic. p. 49. — Bekkeri anecd. Gr. § 20 p. 903, Berol. 1816. — J. A. Cramer. anecd. Gr. e codd. manuscript. bibl. Oxon. T 1, p. 451. — Brunck. ad Aristoph. Lysistr. 836 et Ecclesiaz. 160 et Boissonade ad Aristaen. p. 209. — Buttmann, Ausführliche griech. Sprachlehre 1819–1827, II. p. 379.

universum affirmare vocativo cum *ὦ* vocabulo iuncto plus exprimi quam nudo vocativo (cfr. Festgruss der philol. Ges. an die XXVI. Vers. d. Philol. u. Schulm. 1868: de vocat. usu ap. Platonem. comm. gramm.).

IV.

His praemissis. quos supra enumeravi. locos respiciamus et disquiramus. quibus legibus omissio et collocatio interiectionis sit subiecta.

Interiectio deesse solet. si orator vehementi animi motu sive iracundia ductus loquitur: Aesch 3. 71: Dem. 18. 27. 47. 62. 113. 140. 196; 25. 95; 39. 21. vel si reprehendit vituperatque aut Athenienses universos aut iudices: Din. 1. 18. 41. 48. 95: Aesch. 3. 177; Dem. 18. 210, 296. 314: 21. 119: 26, 19: 32, 10. vel si sollemnibus verbis utitur; Din. 1. 47 *ἀκούσατε. ἄνδρες δικασταί. τῆς ἀρᾶς*: Dem. 18. 208 *ἀλλ' οὐκ ἔστιν. οὐκ ἔστιν. ὅπως ἡμάρτετε. ἄνδρες δικασταί. τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας κίνδυνον ἀράμενοι. μὰ τοὺς Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας* . . . .. quod iusiurandum licet a quibusdam irrisum sit (Athen. IX. c. 25. Tom. III. p. 403; Tull. Gemin. Epigr. V. 5 in Antholog.). saniores et prudentiores scriptores summis extulerunt laudibus (Plutarch. Bello an pace clariores Athen. c. 8. Longin. c. 16); Dem. 43, 67 *ἀκούετε. ἄνδρες δικασταί. ὅτι ταὐτὰ λέγει ὅ τε Σόλων ἐν τοῖς νόμοις καὶ ὁ θεὸς ἐν τῇ μαντείᾳ.* — Dem. 21. 148: Lys. 13. 3. Ad omittendam interiectionem etiam antegressum iusiurandum aliquam vim habere potest: Din. 1.64 *μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεάς. ἄνδρες Ἀθηναῖοι* . . . Dem. 20. 43; 42. 6; vel exhortativus aut imperativus: Andoc. 3. 13; Dem. 19, 221: 21. 197; 31. 21. Ter deest interiectio in interrogationibus rhetoricis Lyc. § 85. Dem. 21. 106; 57. 17.

Plenam allocutionem semper fere reperimus, si oratores singulos sive adversarios reosque sive eos. quos volunt honorare, alloquuntur; huc spectant in primis Isocratis ora-

tiones, quae quidem sint demonstrativi generis (1, 1; 2, 1; 5, 1; 9, 1, 23; 11, 1); neque tamen requirimus eam, si quem orator vituperat (Isae. 9, 23), aut si cui stomachatur (Lys. 13, 48), aut irascitur (Dem. 25, 84), aut opprobria dicit (Dem. 19, 237) aut interdum etiam in interrogationibus rhetoricis (Din. 1, 57, 83, 101; Dem. 48, 43 [v. 48, 41]; 19, 290; 37, 57. Aeschinem Demosthenes semper compellat *Αἰσχίνη*. Leptinem bis (20, 28, 63) *ὦ Λεπτίνη*, ceteris locis semper *Λεπτίνη*. In oratione contra Timocratem paene nusquam non usurpat *ὦ Τιμόκρατες*, semel (§ 99) *εἰπέ, Τιμόκρατες*, qua in re sine ulla dubitatione imperativus antecedens nonnihil habebat ponderis (cfr. 39, 30 *εἰπέ μοι, Βοιωτέ*). At Aeschines in or. 1, 2, 3 semper fere dicit *ὦ Δημόσθενες*; 2, 59 et 165 (b *ὦ*) deest interiectio fortasse propter antecedentem imperativum; 2, 127 (*ψευδόμενος, Δημόσθενες*); 3, 56 (ubi grandibus verbis utitur orator); 3, 163 (in interrogatione indignationis plena). Dinarchus in Demosthenica oratione habet sexies *ὦ Δημόσθενες*, quinquies (§§ 57, 59, 60, 83, 101) *Δημόσθενες*, cum summa movetur indignatione. In subita adversarii allocutione orator vocativum pronomini *σύ* saepius adiungit, ut eum attentiorem reddat ad ea, quae dicturus sit, aut aliis opponat: Lys. 10, 8; Dem. 24, 162, 171; 44, 64; 56, 38. — Lys. 6, 49; 30, 5, 19; Isae. 5, 46; Aesch. 2, 147. In universum id pronomen nullam vim habuit ad omittendam aut ponendam interiectionem; perpaucis locis, velut Dem. 37, 57; 48, 45, ubi subitam interrogationem orator convertit ad reum, Lys. 13, 48, ubi orator indignationis plenus Agoratum alloquitur, Din. 1, 16, ubi nudus vocativus enuntiato imperativo vocabulo *σύ* aucto inseritur, aliqua vis ei attribuenda esse mihi videtur.

Praecipua mentione dignus est mirus locus in orat. fals. legat. (§ 237), ubi pronomen *σύ* interpositum est inter duo nomina propria: *Ἀφόβητε καὶ σὺ Φιλόχαρες*. Orator hoc vocabulum proprie apposuit idcirco, quod sequentia verba, quibus artis sordidae contumeliose facit mentionem (*σὲ μὲν*

τὰς ἀλαβαστοθήκας γράφοντα καὶ τὰ τύμπανα), ad unum Philocharem pertinent[1]). Bis nomen proprium attributo coniunctum est semel anteposito (Dem. 39, 24 *ἀλλ' ὦ χαλεπώτατε Βοιωτέ*), semel postposito certe propter attributi amplitudinem (Andoc. 1, 116 *ὦ Καλλία πάντων ἀνθρώπων ἀνοσιώτατε*. (Voemel. Dem. cont. § 137).

V,

Quaeritur nunc, quibus locis interiectio ponatur, quibus omittatur.

Frankius ad Dem. 8,35 haec annotat: „*Demosthenes dicit ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι nisi cum alium loquentem introducit.*“ Quam sententiam Doberenzius (progr. Hildburgh. 1844, excurs. I) refellit his verbis „. . . . sed ne illud quidem verum est solere Demosthenem dicere *ἄνδρες Ἀθηναῖοι* tum cum alium loquentem introducat, quod etsi probatur loco, quem adscripsit Frankius 19, 209, refellitur tamen loco, qui est 23, 106, ubi reges introducti ita loquuntur *ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* neque ulla hoc loco varietas scripturae, et 21, 211 ubi, quos facit orantes orator, ita orant, *μὴ κατὰ τοὺς νόμους δικάσητε, ὦ ἄνδρες δικασταί*, quo quidem loco in duobus deterioribus libris *ὦ* omissum est.“ At mihi ille videtur errare, hic eum non plane redarguere. Quin contra ex iis, quos enumeraturus sum, locis, haec lex, quam omnes oratores sequuntur, elici potest: „Orator cum alium loquentem facit, allocutionem verbis aut anteponit aut interponit aut postponit; si anteponit, vocabulum *ὦ* semper omittit, si interponit aut postponit, semper adiungit.“ Solus Aeschines substantivo *Ἀθηναῖοι* nunquam non *ὦ* addit sive vocativus antegreditur sive intercedit; neque id mirum est, nunquam enim oratores nudum

[1]) Haec omnis orationis particula (237—240) a Blassio (III, p. 316) in dubitationem vocatur.

vocativum Ἀθηναῖοι adhibent. ut ὦ Ἀθηναῖοι initio sententiae loco sit plenioris allocutionis ἄνδρες Ἀθηναῖοι: cfr. Aesch. 1, 110. 111 et 1. 82. 83. 163: et ipse Andocides (1. 11) ὦ Ἀθηναῖοι eadem ratione utitur.

Reperiuntur igitur haec exempla, quibus ὦ omittitur: Andoc. 2. 14 εὐθὺς δὲ παραστάς μοι Πείσανδρος „ἄνδρες, ἔφη, βουλευταί, ἐγὼ τὸν ἄνδρα κτλ.“ Aesch. 1. 78 ἐπειδὰν γὰρ εἴπῃ ὁ κατήγορος „ἄνδρες δικασταί, τουτονὶ κατεψηφίσαντο οἱ δημόται.“ Dem. 8.35 . . . . καὶ ἔροιντ' ὑμᾶς „ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πέμπετε ὡς ἡμᾶς πρέσβεις;“ Aesch. 1. 121. 164: Dem. 19. 109. 209.

Iam respiciamus eos locos, quibus ὦ ponitur: Aesch. 3. 117 „ἀρχὴν δέ γε, ἔφη, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, εἰ σωφρονεῖτε . . . .“ Dem. 7. 20 „καταψεύδεσθε ἡμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φασὶ . . . .“ Aesch. 3, 119: Dem. 4, 25: 6. 20: 8, 74: 18. 14. 40: 19. 22. 45. 46. 109: 21. 116. 203. 211. 23. 106.

Apud Aesch. 3. 209 scriptum legimus ὅταν ὑμᾶς ἐπερωτᾷ „ποῖ φύγω, ἄνδρες Ἀθηναῖοι (h ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, quod ab Aeschine alienum est). Causam omissae interiectionis reperiemus, si alterum locum huic respondentem respiciemus (209) ἀνθυποβάλλετε αὐτῷ ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων ποῖ καταφύγῃ, Δημόσθενες. quae allocutio ipsa interiectione caret.

Neque vero omnibus locis eadem lex potest statui, si sermocinatio ad singulos dirigitur. Illam legem sequuntur Lys. 1. 16 προσελθοῦσα οὖν . . . . ἐπιτηροῦσα · „Εὐφίλητε, ἔφη, μηδεμιᾷ . . . . Dem. 34. 14 . . . . εἶπε „Χρύσιππε, μαίνει;“ 55, 5 . . . . καὶ λέγειν πρὸς τὸν πατέρα · „Τισία, τί ταῦτα . . . .“ Isae. 6. 53 . . . . ἢ εἴ τις αὐτὸν ἔροιτο · „Ἀνδρόκλεις, πῶς οἶσθα . . . .

Vocativus vocula ὦ auctus inseritur enuntiato: Andoc. 1, 63 . . . . ἔλεγον ὅτι „γεγένηται, ὦ Ἀνδοκίδη, καὶ πέπρακται . . . .“ Aesch. 1, 84 ὦ Π„ ἴσμεν, ὑρρανδρε.

ὅτι . . . .“ Dem. 19, 171 ὅταν . . . . λέγῃ πρὸς ὑμᾶς „τί δήποτε, ὡς φής, ὦ Δημόσθενες . . . .“ Andoc. 1. 101: Aesch. 3, 23; Dem. 50, 39; 52. 11.

Reliquis locis oratores interiectionem promiscue mox addunt (Andoc. 1, 22. 116; Aesch. 3, 208), mox omittunt (Aesch. 3. 209: Dem. 10. 70: 21. 204: 32. 32; 39. 30: 58. 25) non respicientes vocativi collocationem.

Interiectio semper omittitur:

a) si allocutio ipsam orationem vel caput ipsum incipit: Isae. 3. 1: Dem. 7, 1:[1]) 20. 1: 32. 1:[2]) — (Lys. 6, 50: Dem. 56. 37): Din. 1, 72:

b) si orator scribam publicum ut legenda afferat legatque admonet: Dem. 19. 270 ταῦτα λαβὼν ἀνάγνωθι, γραμματεῦ: Dem. 42, 29. Lyc. §§ 36. 77. 114. 118. 120[3]):

c) si is qui loquitur aliquem ut testis sit vel indicio adsit invitat: Lys. 16. 13 καί μοι ἀνάβηθι, Ὀρθόβουλε . . . . Andoc. 1. 112 μαρτύρησον, Εὔκλεις; Hyper. XVI. 18 ἀνάβηθί μοι, Θεόφιλε, καὶ σύνειπε: Aesch. 2. 143 ἀνάβηθι δεῦρο,[4]) Λίπαρε καὶ Πύθων καί . . . . Andoc. 1, 150 δεῦρο, Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καί . . . . Dem. 56, 50 δεῦρο, Δημόσθενες (si non legendum est δεῦρο ὁ δεῖνα cfr. Blass. III 1, p. 524):

[1]) Cfr. tamen ad. h. l. Schaef. appar. crit. I p. 454.

[2]) His duobus locis censet Voemel. l. c. interiectionem a pictore fortasse neglectam esse.

[3]) Lys. 16, 14, 17; 7, 10; 32, 28 cet. substantivum μάρτυρες appositio est, von vocativus, cui rei documento sit Isae. 9, 28.

[4]) Notatu dignus est locus: ἀνάβηθι δεῦρο, Λίπαρε καί Πύθων καί . . . . ἀπόδοτε, ubi verbi, quod vocativo antepositum est, singularis, verbi, quod postpositum est, pluralis legitur. Huius autem usus rationem non est difficile demonstrare; nam orator utrumque ut testis adsit invitat et primum de uno Liparo cogitat; sequentis autem imperativi, cum ad ambos referendus sit, pluralis legitur. Simili modo interrogat Dem. 58, 25 τί λέγεις, Θεοκρίνη καὶ πάντες οἱ τῶν αὐτῶν τούτῳ μετέχοντες. Cfr. Xen. An. 2, 4, 16.

d) si quem vocativo *ἄνθρωπε* orator alloquitur, qui vocativus plerumque interrogationibus rhetoricis inseritur et leniter obicientis est: Aesch. 1, 29; Dem. 19, 94; 32, 15; 34, 15; 21, 179. Dem. 57, 66 legimus *ὦ ἄνθρωπε, τίς ἦν σοι πατήρ;* nec tamen mirum est, quod hoc loco interiectio *ὦ* vocativo addita est; neque enim interrogatiuncula reprehensionem continet, et is, qui loquentis partibus fungitur, se ipsum interrogat, non alium responsumque subicit.

Convertamus nunc orationem ad positam interiectionem *ὦ* ante vocativum.

a) Nunquam interiectio omittitur, si orator vocativum coniungit cum verbis orandi *δέομαι, ἱκετεύω κτλ.* vel omnino si iudicum misericordiam benevolentiamque sibi conciliare vult: de qua re plura infra dabuntur.

b) Nominum deorum vocativi *Ἡράκλεις* exclamatione excepta, qua in formula *ὦ* saepius excidit, semper apposita interiectione adhibentur: *ὦ Ζεῦ* uno loco exstat ap. Dem. 19, 113; universos deos obtestatur Demosthenes 6, 37; 9, 76, 18, 324: *ὦ πάντες θεοί;* idem orator Jovem cum dis coniungit 18, 285; 20, 167; 23, 186; 25, 31; 32, 23; 36, 51; 43, 68; 45, 73 *ὦ Ζεῦ καὶ θεοί*, qua dicendi ratione pars et totum copulantur; simili modo cum Jove universi quoque dei consociantur *ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοί* Dem. 19, 15; Ant. 6, 40. — Tellus deis coniuncta invocatur a Demosthene; *ὦ γῆ καὶ θεοί* Dem. 18, 139; 18, 158, 294; 19, 287, 311; 20, 96; 22, 78; 23, 61; 24, 186; 25, 56; 34, 29; 39, 21; 40, 5; 45, 73; 55, 28; accedit similis locus apud Aeschinem, ubi una cum tellure et deis etiam daemones et homines implorantur. 3, 137 *ὦ γῆ καὶ θεοὶ καὶ δαίμονες καὶ ἄνθρωποι;* maxime aucta et amplificata est haec exclamatio: Aesch. 3, 260 *ὦ γῆ καὶ ἥλιε καὶ ἀρετὴ καὶ σύνεσις καὶ παιδεία*, quam loquacitatem perstringit Dem. 18, 127 his verbis: *ὥσπερ ἐν τραγῳδίᾳ, βοῶντα · ὦ*

γῆ ....[1]). Minerva una cum Jove imploratur a Din. 1, 36 *ὦ δέσποιν᾽ Ἀθηνᾶ καὶ Ζεῦ σῶτερ*. Nomen denique Herculis, ut quem Graeci non solum heroem, sed ipsum deum Olympium colerent.[2]) apud nonnullos oratores invenimus: Din. 1, 7; Aesch. 1, 49; 3, 21; apud Dem. tribus locis (9, 31; 19, 308; 21, 66) haec exclamatio sine interiectione exstat.

Usitata allocutione *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* cet. quamvis magna vis et gravitas sermonis efficiatur, tamen deorum invocationes multo sunt efficaciores ad exprimendam admirationem, dolorem, indignationem. Haec autem iuranda a Demosthene, ut qui omnes oratores iurandi precandique formulis longe superet, millies usurpantur, ab Antiphonte uno loco, a Dinarcho duobus, ab Aeschine quattuor adhibentur. Reliqui oratores plane abhorrent a tali deorum invocatione.

Ac primum verum continet iuramentum Ant. 6, 40; Aesch. 3, 260; Dem. 19, 15; 20, 96; 34, 29; 36, 51; 55, 28.

Orans et precans deos adit orator: Dem. 6, 37; 9, 76; 18, 324 (his tribus locis in peroratione); 20, 167; 25, 31; 32, 23; Din. 1, 36.

Indignationis plenas formulas reperimus ap. Dem. 18, 285 et Aesch. 3, 137, stomachi et doloris plenissimam formulam (*ὦ γῆ καὶ θεοί*) ap. Dem. 18, 158, 294; 19, 287, 311; 22, 78; 24, 186; 40, 5; 43, 68. Haec autem exclamatio saepius adiungitur adiectivo *δεινόν* (Dem. 18, 139; 23, 61; 25, 56; 39, 21; 45, 73), qua re dolentium voces manifestius indicantur.

Sola admiratio inest in hac exclamatione ap. Aesch. 1, 49 *ἵνα μὴ .... θαυμάσητε καὶ .... ὑπολάβητε, ὦ*

[1]) Christ, Griech. Litt. pag. 312 et. not. 7.
[2]) Herod. 2, 44.

᾿Ηράκλεις, ἀλλ᾽ . . . .[1]); admirationem acerrima irrisione coniunctam reperimus ap. Dem, 19. 113; praeterea ap. Din. 1, 7. Apud Dem. 9, 31; 19, 308: 21, 66 Herculis invocatione vehemens animi indignatio una cum admiratione profunditur.[2])

c) Interiectio nunquam deest in formulis ὦ τᾶν et ὦ ᾽γαθέ, quarum illa Demosthenis aetate in vulgarem delapsa est sermonem. Orator ut vivicaciorem reddat orationem, adversarium vel alium unum ex iis, qui audiunt, obicere aliquid sibi simulat, quod cum irrisione quadam aut vituperatione refellit inserens vocabula; ὦ τᾶν.[3]) Ex oratoribus Atticis hanc formulam solus habet Demosthenes eique semper coniunctionem ἀλλά addit: 1, 26; 3, 29: 18, 312; 25, 78. De formulae derivatione v. Reisk. coni. in Ar. p. 217; Bekker. Anecd. Graec. p. 949 et I p. 328; ὦ τᾶν = ὦ οὗτος Buttm. Ausführl. griech. Gramm. I p. 224.

Etiam altera formula ὦ ᾽γαθέ, quam ex decem oratoribus solus Isaeus (3, 70) semel profert, continet obiectionem, quam anticipans orator indignatus statim refellit. Adiungitur etiam, ut ex loco citato perspicuum est, plurali numero.

d) Vocativus semper interiectionem ὦ accipit, si orator unum aliquem cum irrisione quadam et contumelia atque aversione appellat. Qualium vocum usu Demosthenes ceteris oratoribus crebrior est, in Aeschinis, Lysiae, Andocidis, Hyperidis orationibus singulas tantum reperias. Perraro continent ironiam, qua orator laudat eum, quem vituperare vult, saepius vituperationem probrumque atque diras, quae usque adeo possunt augeri, ut orator concitatus et commotus (Dem. 18, 22) omnia adversarii (Aeschinis) facinora iusta significatione in praesens se exprimere non posse simulet

1) Phot. p. 63 Ἡράκλεις· ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν.
2) Suid. pag. 883 Ἡράκλεις· σχετλιαστικὴ φωνή.
3) Schaef. appar. crit. I p. 224.

et summa perturbatione ad eum haec verba convertat: ὦ . . . . τί ἂν εἰπών σέ τις ὀρθῶς προσείποι;[1])

Ac primum simplices voces afferam: a) Ironiam reperias ap. Dem. 18, 318 ὦ χρηστέ; Din. 1, 89 ὦ ἄριστε; Lys. 10, 18; Hyper. 3. 20; Dem. 36, 52; 42, 27, 28; 56. 40 ὦ βέλτιστε; b) reprehensionem probrumque efficiunt Aesch. 3. 165 ὦ σιδήρεοι; Dem. 18, 113 ὦ συκοφάντα; 18, 121 ὦ ταλαίπωρε; 25, 46 ὦ μάταιε; 18, 209 ὦ τριταγωνιστά (qua voce histrionales Aeschinis partes perstringit orator[2]); 18, 21 ὦ κάθαρμα[3]) 22, 66 ὦ βδελυρέ; c) exsecrationes et dirae subsunt his locis ap. Dem. 18, 244 ὦ κατάρατε; 18. 290; 24. 107, 198; d) etiam θηρία[4]) adversarium translate appellant Andocides, Aeschines, Demosthenes; et hanc translationem praecipue de vulpe sumunt, quia haec bestia aptissima videtur ad eius vitia repraesentanda; Aesch. 3. 166 ὦ κίναδος; Dem. 18. 162 (cfr. etiam 18, 242[5]). Duplicatis vocibus occurrimus ap. Andoc. 1, 99 ὦ συκοφάντα καὶ ἐπίτριπτον κίναδος;[6]) Dem. 18, 209 ὦ κατάρατε καὶ γραμματοκύφων.

Interdum adiectiva, quibus contumelia significatur, substantivis adiuncta sunt: a) Dem. 19, 313 ὦ κακὴ κεφαλή, σύ . . . .; 21, 135 ὦ μιαρὰ κεφαλή, σύ . . . .;[7]) b) Din. 1, 50 ὦ μιαρὸν σὺ θηρίον; Dem. 58, 49 (De voculae σύ collocatione cfr. Krüger, Griech. Sprachl. § 45. 3 A. 4);

1) Schol. in Dem. p. 77 διὰ τῆς ἀπορίας δείκνυσι τῆς πονηρίας τὸ μέγεθος, ὡς οὐ δυνάμενος δῆθεν δι᾽ ἑνὸς ὀνόματος δηλῶσαι τὰ πάντα πονηρεύματα προσόντα τῷ Αἰσχίνῃ κτλ.
2) De cor. 139 Aeschines ἰαμβειοφάγος appellatur.
3) Cic. dom. 47 o caenum; Harusp. resp. 24 lues impura.
4) Dem. 24, 143 τούτοις τοῖς θηρίοις; 34, 52 ὑπὸ τούτων τῶν θηρίων; 43, 83 ὑπὸ τῶν μιαρῶν τούτων θηρίων.
5) Schol. in Dem. pag. 82 πᾶν μὲν θηρίον κίναδος ἀξιοῦσι καλεῖσθαι, ἰδίως δὲ τὴν ἀλώπεκα· κακοῦργος ὡς ἀλώπηξ κτλ.
6) Soph. Ai. 104.
7) κεφαλή synecdoches forma, in qua pars pro toto dicitur.

c) Dem. 21. 194 *ὦ μιαρὰ κεφαλή* sine vocabulo *σύ*. Ad eiusmodi autem adiectiva, si in superlativo gradu sunt posita, oratores *πάντων* paene nunquam non adiciunt, ut adversarium a nullo malitia aut nequitia aut alia macula adaequari significent: a) Lys. 12. 26 *ὦ σχετλιώτατε πάντων*; Dem. 25. 28 *ὦ μιαρώτατε πάντων τῶν ὄντων ἀνθρώπων*; 24. 166 *ὦ κάκιστοι πάντων ἀνθρώπων*; b) Dem. 8. 35 *ὦ πάντων ἀνθρώπων φαυλότατοι* (37. 30 *ὦ φαυλόταθ᾽ ἀνθρώπων*); Dem. 18. 312 *ὦ πάντων ἀδικώτατε*; Aesch. 3. 152 *ὦ πρὸς μὲν τὰ μεγάλα καὶ σπουδαῖα πάντων ἀνθρώπων ἀχρηστότατε, πρὸς δὲ τὴν ἐν τοῖς λόγοις τόλμαν θαυμασιώτατε*, quibus contumeliis similem verborum prolixitatem conficit orator atque iuramento illo 3. 260.

Huc etiam referendos esse censeo duos locos Demosthenicos, quibus participiis continetur reprehensio: Dem. 18, 70 *ὦ λέγων εὐχερῶς* .... et 18, 22 *ὦ βλασφημῶν περὶ ἐμοῦ καὶ λέγων* ....

Semel reperimus acerbissimam allocutionem interiectione carentem, qua Demosthenes Aeschinem alloquitur et auditores mire movet: 18, 243 *ἐμβρόντητε, εἶτα νῦν λέγεις*;

VI.

Sed satis hac de re; nunc consideremus vocativum, in quantum est adiunctus particulis, verbis, adiectivis, substantivis, pronominibus, numeralibus.

Orator si in sententia diutius permanere aut eos qui audiunt excitari vult ad rem vehementius sub oculos subiciendam vel acrius considerandam, unum aliquod vocabulum duplicat (Epizeuxis) vel simile ei adiungit (Synonymia).[1]

Si vocativus accedit, his verbis aut interponitur aut postponitur.

Ac primum animos convertamus ad epizeuxin (epanadiplosin, conduplicationem, *ἐπανάληψιν, παλιλλογίαν*) id est,

[1] pag. 32 squ.

ut Cornif. (4, 28, 38) verbis utar, eiusdem unius aut plurium verborum iteratio[1]). Ad quam figuram si allocutio accedit, vis verbi duplicati augetur et res audientium animis gravius inculcatur. (Franke ad Dem. 1. 19).

Frequentissimus autem eius iterationis usus est Demostheni, immoderatissimus Dinarcho, moderatus Aeschini; apud ceteros oratores eam vocativo auctam frustra requiras.

Hoc autem dicendi genus Demosthenes, ut exemplis, quae partim exscripsi partim indicavi, elucet, in orationibus non modo sescenties repetiit sed etiam, id quod caput est, primus adhibuit.[2])

a) Vocativus interponitur: Dem. 1. 19 *περὶ δὲ χρημάτων πόρου ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χρήματα ὑμῖν, ἔστιν ὅσα* .... 4. 10 *πότ᾽ οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πότε ἃ χρὴ πράξετε*; 8, 28; 13, 34; 18, 143, 242; 19, 296. 255; 25, 14, 100; 27, 57; 29, 49; 45, 80; Din. 1, 27 *μόνος γὰρ οὗτος, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνος καί* .... 1, 85 *μή, ὦ Ἀθηναῖοι, μή* ....; 1, 28, 29, 46, 67, 76; 2, 24; 3, 22; Aesch. 3, 75 *καλόν, ὦ Ἀθηναῖοι, καλόν* ....; b) vocativus postponitur: Dem. 2. 10 *οὐ γὰρ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κτήσασθαι*; 18. 208 *ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῶν πάντων οὐδέν* .... Dem. 3, 33; 9, 36; 10, 23; 21, 46, 119; 23, 128; 25, 58, 95; 41, 22; Din. 1, 40 *ἐκεῖνοι ἦσαν, ἐκεῖνοι, ὦ Ἀθηναῖοι, ἄξιοι* .... Una cum vocativo alia quoque verba iterationi inserta sunt ap. Aesch. 2, 156 *μή, πρὸς τοῦ Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ἱκετεύω ὑμᾶς, ὦ Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἵστατε* .... et

[1]) Dzial. comm. rhet. ant. de fig. doctr. 8 .... esse unius vel plurium verborum post verba interposita vel non interposita iterationem. Straub. dissert. Wirceb. 1883. — Cornif. 28, 38 vehementer auditorem commovet eiusdem redintegratio verbi et vulnus maius efficit in contrario causae, quasi aliquod telum saepius perveniat in eandem partem corporis.

[2]) Blass. III_1, 147.

Din. 1. 67 *τίνας δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, σκοπεῖτε γὰρ πρὸς ὑμᾶς αὐτούς, τίνας τὰς ἐλπίδας ἕξομεν* . . .[1])

VII.

Sed quoniam in harum rerum explicatione satis copiosus fuisse mihi videor, iam ad particulas[2]), in quantum vocativo augentur, tractandas proficiscamur. Magna autem est haec ratio et, ut plane absolvatur, alterum volumen desiderat; quare ego, ne longus sim, satis habebo aliqua tantummodo strictim transigere.

Ac primum quidem transitio efficitur particulis comparativis *οὐ μόνον — ἀλλὰ καί*, quae saepius vocativo interposito distrahuntur: Andoc. 3, 35 *οὐ γὰρ μόνον, ὦ Ἀθηναῖοι, πρὸς γράμματα τὰ γεγραμμένα δεῖ βλέποντας πρεσβεύειν ὑμᾶς, ἀλλὰ καί* . . . Isae. 12, 5: Dem. 20. 51. 71, 155; 23, 63: 41, 51: 43. 79: 45. 40: 50. 8.

Jam enumerationis formulas perquiramus, quibus utuntur oratores, ut singulas partes argumentationis aut partes il-

[1]) Eius formae, ubi aut nihil aut particula inter verba, quae iterantur, interponitur, haec deprehendi exempla: Dem. 4, 46 *οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἐστιν* . . . 8, 61; 10, 63; 19, 296; — 18, 24; 25. 73: 16, 24 *ἔστι γάρ, ἔστι* . . . 18, 306: 60, 17: 19, 222: *ἦσαν γάρ, ἦσαν* . . .: 19, 123, 267; — 5, 23; 21, 119; — 4. 18; 8, 77; 14, 6; 18, 47; 24, 198; 10, 58; 21, 174; 40. 53: — 19. 97, 224: 22, 31: 25, 101; 28. 20; 18, 139; 25, 79; Aesch. 3. 133, 194; Din. 1, 10. 72. Huc etiam referendum est iuramentum *οὐ μὰ Δία οὐ*, qua iteratione eorum, quae negantur, vis vehementius augetur; Dem. 19, 212 . . . *οὐ μὰ Δί' οὐκ ἀπηγόρευε καλεῖν*; 19, 285; 21, 25; 22, 33: 24, 28, 157; 29, 59; 43, 52; 52. 14; (18, 307; cfr. tamen Schaef. app. crit. II p. 379; 56, 38); Isae. 11, 35 bis; Hyper. pro Euxen. XX, 15; (Dem. 4, 49; 8, 28; 25, 41, quibus locis vocabulum *οὐ* solum in codicibus minoris fidei iteratur).

[2]) Birkler, Über die oratorischen Transitionsformen der Griechen, I. Teil. — Die Argumentation, II. Teil; Ehingen 1867 und 1868. — K. Schepe: De transitionis formulis quibus oratores Attici praeter Isocratem, Aeschinem Demosthenemque utuntur, Bückeburg 1878.

larum partium inter se connectant sive singula momenta unius partis (propositionis) coniungant, aut ut totam orationem seu partem gravissimam comprehendant, aut ut singulas res vel sententias enumerent, sed ita tantum, ut non partem argumentationis iis efficiant, sed modo unius rei vel sententiae partes artissime inter se copulent. Atque addere solent primariae sententiae particulas *μέν, μὲν οὖν, τοίνυν*, quas saepius vocativus subsequitur: interdum etiam alterum aut tertium membrum aut cuncta vocativo augent: Dem. 4, 2 *πρῶτον μὲν οὐκ ἀθυμητέον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῖς παροῦσι πράγμασιν* . . . *ἔπειτα* . . . Dem. 44. 44: Dem. 44, 14 *πρῶτον μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὸ γένος ὑμῶν* . . . *ἀναγνώσεται, ἔπειτα μετὰ ταῦτα* . . . Dem. 4. 16 *πρῶτον μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τριήρεις* . . . *φημὶ δεῖν* . . . *εἶτ' αὐτούς* . . . *πρὸς δὲ τούτοις*: Dem. 32. 22 *πρῶτον μὲν* (sine vocativi additamento) . . . *παρασχήσομαι* . . . *ἔπειτα πειράσομαι* . . . *ποιήσασθαι, ὦ ἄνδρες δικασταί*: 40, 23: Lys. 1. 40 *καίτοι πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες, ἐνθυμήθητε* . . . *εἶτα* . . . *ἔπειτα, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἂν δοκῶ* . . .; Dem. 4. 34 *καὶ ἔτι δὲ πρὸς τούτῳ πρῶτον μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸν μέγιστον* . . . *ἀφαιρήσεσθε* . . . *ἔπειτα τί πρὸς τούτῳ;* qua interrogatiuncula res acrius et vehementius quam simplici allocutione sensibus eorum qui audiunt subicitur.

In paucis enuntiatis *πρῶτον μέν* cum vocativo ita ponitur, ut nihil sequatur, quod ad illud pertineat; Ant. 1, 39; Dem. 6, 6; 8, 39: 10. 11; 18, 1.

Semel pro particulis quasi legitimis (*εἶτα, ἔπειτα*) vocabula *πρῶτον μέν* vocativo aucta particula transitiva *δέ* sequitur ap. Andoc. 3. 21. Secundum membrum incipit a coniunctione *ὡς* aut *ἐπειδή* cum particula *δέ* coniuncta: Lys. 1. 9; Dem. 21, 104; 34, 34; 43. 18. Quater post *πρῶτον μέν* vocativo ornatum *ἔτι δέ* inveni: Isae. 9, 37; 4, 13: Andoc. 1, 52; Dem. 40, 59. Semel *πρῶτον μέν* excipit

ἤδη δέ ap. Andoc. 3, 10 semel *δεύτερον δέ . . . . τρίτον δέ* ap. Dem. 36. 19.

Etiam secundum aut tertium membrum aut cuncta vocativo ornata sunt: Dem. 5, 5 squ. *ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρῶτον μέν . . . . πάλιν τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καιδόν . . . .* § 9 *τρίτον δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι . . . .* Isae. 12, 9. Apud Andoc. 1, 91 ad *μέν — δέ* particularum coniunctio *δ' αὖ* vocativo aucta accessit (*ὑμεῖς δ' αὖ, ὦ Ἀθηναῖοι, τί ὀμόσαντες . . . .*).

Addendae mihi videntur hae duae formulae enumerativae ap. Dem. 5. 11 squ. *ἓν μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' εὐτυχίαν . . . . ἕτερον δέ . . . .* et 5. 13.

Sunt denique quaedam exempla, in quibus primum membrum enumerationis plane deest. *εἶτα* sive *ἔπειτα* (*ἔτι τοίνυν*) vocativo augetur: Din. 2, 14; Dem. 24, 147; 42, 30; Isae. 12. 6.

Postremo adiungamus exemplum Andocideum. ubi orator pro *πρῶτον μὲν οὖν* particula *μέν* omissa atque verborum ordine mutato *οὖν πρῶτον* scripsit idcirco, quod illud *οὖν* magis ad exhortativum *σκεψώμεθα* quam ad *πρῶτον* spectat (3, 13) *σκεψώμεθα οὖν πρῶτον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, διὰ τί καὶ πολεμήσομεν.*

Jam in medium proponamus eas particulas, quibus transitio effici solet.

Saepissime oratores vocativum coniungunt cum particulis *οὖν* et *τοίνυν*, quibus interior duarum rerum nexus significatur et aliqua tacita conclusio loquentis exprimitur. Particula autem *τοίνυν* simpliciter posita apud Lysiam, Aeschinem, Isaeum, Lycurgum, Demosthenem saepius vocativo ornatur quam *οὖν*, quae particula, in quantum alteram propositionem post propositionem inducit, allocutione carere solet. Dinarchus, Antiphon particulae *τοίνυν* nunquam vocativum addunt, Isocrates, Isaeus nunquam particulae *οὖν*.

Oratores cum his particulis in transitionibus, in propositione et peroratione, in anteoccupatione et interrogatione quae dicitur rhetorica utuntur, tum inprimis particulam *τοίνυν* adhibent, cum post testimonia vel populiscita vel similia nova pars argumentationis incipit aut in narratione rerum series pergitur. Sed quoniam permulti loci, qui ad hanc quaestionis nostrae partem spectant, ita constituti sunt, ut aut ad priorem aut ad posteriorem tirocinii nostri partem conveniant, nonnulla exempla afferre satis habebo: Dem. 21, 171 *ὅτι τοίνυν καὶ κεκόμισται χάριν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, παρ' ὑμῶν . . . .. καὶ τοῦτο βούλομαι δεῖξαι*; Dem. 29, 19; 36, 11; 47, 45; 49, 42; 54, 10. Lys. 13, 67; 32, 19. — Isocr. 17, 53. — Dem. 36, 33; 45, 53; 43, 53. — Isae. 1, 33; 9, 31. — Din. 3, 11; Lys. 32, 21. — Aesch. 1, 191; 2, 88; Isocr. 17, 51; Isae. 9, 7 *ἐπειδὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, οὔτε παραγενόμενος . . . . ἀναγκαῖόν μοί ἐστιν κτλ.* Aesch. 2, 108; Dem. 34, 12; 47, 67. — Lys. 25, 12; 27, 6, 16. Etiam in negativo enuntiato vocativus occurrit: Lys. 24, 26 *μὴ τοίνυν, ὦ βουλή, μηδὲν ἡμαρτηκὼς ὁμοίως ὑμῶν τύχοιμι κτλ.* Isae. 2, 47; 9, 34; Dem. 8, 13; 21, 183; 21, 210, 220; 41, 30.

Sescentis autem locis *οὖν* et *τοίνυν* particulis particula *μέν* additur, quas vocativus subsequi solet; est autem haec particularum coniunctio legitima forma transitionis hoc proprio nomine signatae, quae in primo membro locum obtinet. Lyungdahlius (de transeundi generibus quibus utitur Isocrates, Comment. Upsal. 1871, p. 49 squ.) hanc transitionis vim sic definivit: „transitionem hoc proprio nomine signatam appellamus, cum eo modo orationis partes coniungantur, ut una quasi comprehensione res proxime tractata breviter attingatur et ea incipiatur, quae deinceps sit tractanda. Quod eo consilio fieri facile perspicitur, ut alteri altera cum opponatur, facilius inter se

distinguantur itaque clarius appareat, qualis quaeque sit." Rarius nova pars a *μὲν οὖν* (*τοίνυν*) incipit aut narratio continuatur. Lysias et Demosthenes has particulas saepissime vocativo ornabant, multo rarius ceteri oratores: Isocr. 17, 21 *τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὕτω διεπέπρακτο*; Ant. 5, 85 *ὅσα μὲν οὖν ἐκ τῶν κατηγορηθέντων μέμνημαι, ὦ ἄνδρες, ἀπολελόγημαι* .... Isae. 12, 1; Lys. 3, 40; 4, 12; 17, 10; Lys. §§ 36; 55; Ant. 6, 16, 33; Dem. 20, 116; 21, 131; 40, 19; 49, 69; 50, 11; 53, 19; 58, 10; 38, 4; Hyper. pro Lyc. XV, 13. — Isae. 10, 2 *ἠνάγκασμαι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι δίκην παρ' αὐτῶν λαβεῖν*; 4, 21; Ant. 5, 7; 6, 33; Andoc. 1, 139; Lys. 12, 3; 14, 28; 21, 21, 22; Isocr. 17, 8; Dem. 1, 2; 2, 3; 3, 3; 27, 2; 47, 74; 59, 126; 10, 28; 20, 13; 21, 12; Dem. 35, 55 *ἐμοὶ μὲν οὖν ἐστιν, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρὸς τούτους ὁ λόγος*: Aesch. 3, 128 *ἡμεῖς μὲν οὖν, ὦ Ἀθηναῖοι, καταμείναιμεν κτλ.* Andoc. 1, 1 6; Lys. 13, 43; 21, 21; 28, 8; Isocr. 17, 8; Hyper. pro Lyc. XI, 23; Dem. 34, 7; — Lys. 22, 7; Lys. 14, 1; Dem. 51, 3. Haud ita raro in his transitionis formulis vocativus ponitur ita, ut prius membrum *εἰ μὲν οὖν* (*τοίνυν*) ab altero illi opposito et particula *δέ* (*δή*) formato seiungatur: Aesch. 1, 51 *εἰ μὲν τοίνυν, ὦ Ἀθηναῖοι, Τίμαρχος οὑτοσί* .... *εἰ δή* ....; Lys. 15, 8; Dem. 15, 8; 55, 33; 57, 15; — Dem. 21, 5; 44, 5; — Isocr. 19, 14; Dem. 21, 51, 128; 56, 47; — 23, 7; 34, 36; 43, 71; 48, 2.

Ἔτι τοίνυν particulis oratores cum rem novam aggrediuntur, transitionem accuratius significant; usus autem earum multo rarior est et tantum apud Lysiam, Isaeum, Demosthenem, in quantum vocativus iis adiungitur, exstat. Saepius etiam cum coniunctione *καί* copulatae reperiuntur. (Interdum enumerationis formulis attribuendae sunt): Dem. 1, 25 *ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μηδὲ τοῦθ' ὑμᾶς λανθανέτω* ....; Isae. 12, 6 .... *ἔτι τοίνυν, ὦ ἄνδρες, πρὸς τούτοις* ....; Lys. 3, 35 *ἔτι τοίνυν, ὦ βουλή, καὶ ἐκ τῆς μάχης τῆς γενομένης ῥᾴδιον γνῶναι, ὅτι* ....; Lys. 7, 34; 25, 15; Isae. 8, 21; Dem. 21, 206; 24, 96; 27, 34; 29, 15; 30, 33; 45, 24; 53, 21; — 57, 70. Paulo minorem vim habet *ἔτι δέ*: Ant. 5, 17; Lys. 16, 8, 12; 28, 16; Isae. 9, 12; Dem. 20, 29; 34, 17; 39, 29.

Gravissimam distinctionem singularum partium efficit *ἀλλά*, cui si docere vult orator prioribus rebus relictis ad novam rem, quam tractaturus est, praecipue animum esse advertendum, addit particulam *μήν*, quae particularum coniunctio haud amplius bis vocativo aucta est: Dem. 41, 23 *ἀλλὰ μήν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοῦτό γε δεινὸν δῆλον* .... Lys. 19, 42.

Saepius non ita gravem particularum coniunctionem efficiunt cum Lycurgus (et Lysias et Isocrates) tum Demosthenes, cum particulam copulativam *καί* adversativae particulae *μήν* coniungunt, ita ut illa posterius enuntiatum priori simpliciter asseratur, hac contrarium tacitum contineatur: Lyc. § 79 *καὶ μήν, ὦ ἄνδρες, καὶ τοῦθ' ὑμᾶς δεῖ μαθεῖν*; § 134; Dem. 20, 65; 22, 72; 23, 141; 24, 180; 27, 30; 34, 48; 45, 67; 51, 12. Cum vero ad hoc genus transeundi tertia particula *δή* accedit, illud *μήν* in *μέν* corripitur, ita ut particularum coniunctio *καὶ μὲν δή* existat, quam raro alterum *καί* sequitur. Hac autem formula, quae paulo infirmior est quam *καὶ μήν*, rem minus gravem priori enuntiato adiungi solere ex exemplis, quae allaturus sum, elucebit. Lysias, qui hanc formulam omnium oratorum maxime videtur adamasse, saepius vocativum ei adiunxit, apud Isaeum, Isocratem, Andocidem, Demosthenem singulis locis exstat: Isae. 10, 12 *καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες, οὐδέ* .... *ἐξῆν*. Lys. 7, 36; 10, 29; 12, 49; 14, 12, 32, 43; 15, 9; 21, 33; 25, 17; Isocr. 17, 29 *καὶ μὲν δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τόδε ῥᾴδιον πᾶσι γνῶναι* .... Lys. 28, 17; 18, 9; Dem. 30, 12; Andoc. 1, 140.

Καίτοι particula, cui haud ita raro vocativus additur, significat oratorem sermonem quasi revocare et in eo paululum consistere velle, ut rem ab alia vel a novissima parte contempletur. Praecipue autem haec particula in interrogationibus rhetoricis exhibetur: Lys. 19, 9; 30, 18; Isae. 5, 37, 41; Isocr. 17, 32; Lyc. §§ 27; 30; 37; 39; 52; 64; 83; Din. 2, 9; Dem. 13, 14; 24, 113, 118; 42, 26; 45, 59; 49, 45; Hyper. pro Euxen. XX. 3. — Lys. 19, 17; Isae. 1, 27; Isocr. 19, 34; Din. 2, 26; Dem. 22, 53; 23, 68; 24, 165; 34, 29; 42, 13; 43, 56; 37, 30.

Particula explicante *γάρ* oratores tum praecipue adhibebant, cum expositionem propositioni adiungebant: quid enim mirum quod, quae in propositione in universum quam brevissime complexi sunt, ea sibi demonstranda aut explicanda esse censebant? Facile igitur est intellegere huic particulae nos occurrere, ubi propositione antegressa aut argumentatio vel pars eius aut narratio aliqua instituitur: atque saepissime adiungitur verbis *ἡγοῦμαι, οἶμαι, ὁρῶ* cet. aut pronominibus personalibus, quam verborum coniunctionem vocativus subsequi solet. Haud raro etiam Isaeus et Demosthenes, semel Isocrates, vocativum adiungunt in ea parte orationum iudicialium, qua ea, quae ad rem pertinent, exhibere incipiunt. Isocr. 17, 3 *ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, πατὴρ μέν ἐστι* . . . .; Isae. 2, 3; 7, 5; 8, 7, 35; 9, 17; 10, 4; 11, 8; Dem. 27, 4, 9; 28, 15; 29, 42; 40, 6; 42, 5; 43, 3; 44, 9, 17; 45, 27; 48, 5; 50, 43; 57, 37; 59, 74, 94. Saepius haec particula *γάρ* cum *ἀλλά* coniungitur ita, ut ellipsis quaedam efficiatur; particula enim *ἀλλά* orator rem modo tractatam abrumpit, particula *γάρ* significat se aliud aliquid dicturum (in propositione) aut iam ad propositum rediturum (in revocatione) aut aliud aliquid oppositurum vel quae ab adversario obici possint, praesumpturum esse (in refutatione, anteoccupatione). Quae particulae quamquam ab oratoribus frequentem in usum receptae sunt, tamen ab enuntiato, quod subsequitur, perraro vocativo seiunguntur; Ant. 1, 130 *ἀλλά γάρ, ὦ ἄνδρες, βραχύ τι ὑμᾶς ἀναμνῆσαι* . . . . *βούλομαι* . . . .; Lys. 7, 9 *ἀλλὰ γάρ, ὦ βουλή, περὶ μέν* . . . . *πολλὰ εἰπεῖν ἱκανὰ νομίζω τὰ εἰρημένα*; Andoc. 1, 103, 132; Isae. 10, 25; Lys. 3, 26.

Persaepe particulae *δή, γάρ* accedunt ad imperativum verbi *φέρω*, qui imperativus (*φέρε*) simili modo atque Demosthenicum illud *εἰπέ μοι*[1]) in interiectionis significationem delapsus etiam tum ponitur, cum orator plures alloquitur. His autem formulis praecipue Demosthenes animos auditorum ut ad ea, quae sequuntur, cohortatione quadam attentiores sibi faciat, concitat (*παρακελευστικὸς καὶ περιγραφικὸς λόγος*[2]). Quo fit, ut iis considerandi verba attribui soleant: atque plerumque antecedunt sententias imperativas aut exhortativas aut interrogativas. Sed cum hae formulae ipsae, ut iam supra dixi, iam pro interiectionibus accipi possint, perraro fit, ut vocativus eas subsequatur: Andoc. 1, 128 *φέρε δὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες, σκεψώμεθα*[3]). Saepius orator in propositione ipse se cohortatur: Dem. 30, 25 *φέρε δή, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ* . . . . *ἀποδείξω;* Dem. 52, 20[4]). Andoc. 1, 27 *φέρε δή, ὦ ἄνδρες, μετὰ ταῦτα τί ἐγένετο;* 1, 117[5]). *Φέρε γάρ* causalem sententiam incipit, quam interrogatio

---

1) 24, 57; — 8, 70, 74; 10, 70; 19, 312; — 4, 10.

2) Bekk. anecd. Graec. p. 949.

3) Dem. 19, 174 *φέρε δὴ θεάσησθε*; 19, 251 *φέρε δὴ σκέψασθε.*

4) Lys. 12, 62; Isae. 8, 30; Dem. 20, 26; 19, 169, 234; 18, 267; 22, 60; 45, 29; 59, 55 alia.

5) Dem. 9, 16; 14, 27; 23, 124; 40, 41; Andoc. 1, 21. Non raro his formulis pro allocutione iuraiuranda *πρὸς θεῶν, πρὸς Διός* adduntur, velut Dem. 21, 58 *φέρε δὴ πρὸς θεῶν κἀκεῖνο σκέψασθε*; 8, 34; 20, 66; 20, 157; 21, 58; 25, 72; 35, 44; 23, 106; 25, 25; 15, 26; 24, 157; Aesch. 1, 79, 87; Lys. 19, 34 et m. a. l.

directa subsequitur: Lyc. § 66 *φέρε γάρ, ὦ ἄνδρες, εἴ τις . . . . ἆρ' οὐκ ἂν . . . .*: Isae. 3. 40.[1])

VIII.

Iam verbis cognatae notionis vocativus additur. Demosthenis solius est proprium bina verba, quae significant videre, deliberare, scire cet. connectere: neque vero verbis illis similibus idem plane eodem modo exprimitur, sed aut alterum vocabulum a sensu externo petitum est alterum ab interno aut utrumque ad externum aut ad internum pertinet ita tamen, ut quod verbum graviorem contineat notionem, id secundum obtineat locum. Hoc autem dicendi genere eo consilio utitur orator, ut iudices vel auditores rem omni acie ingenii contemplentur aut perspicue et clare sciant.[2]) Sed cum ea duorum verborum congregatio sescentis locis occurrat, tamen eiusmodi locutionibus haud frequenter vocativus adiungitur et is quidem saepius (decies) interponitur, rarius (ter) postponitur.

1) Verba deliberandi coniuncta sunt cum verbis videndi: 21, 73 *σκέψασθε δή, πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ λογίσασθε* (oculis spectate et vobiscum reputate): 20, 83 *οὐ σκέψεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ λογιεῖσθε*: 19, 4 *εἰ σκέψαισθε παρ' ὑμῖν αὐτοῖς, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ λογίσαισθε*: simili ratione coniunxit orator *λογίζεσθαι* cum verbo *προορᾶσθαι* (18, 27): *ἃ ἐγὼ προορώμενος* (ὦ) *ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ λογιζόμενος*. His quattuor quos attuli locis verba, quae proprie oculis videre significant, praeposita

1) Dem. 14, 27; 37, 37; 40, 41; *φέρε γὰρ δή* Ant. 5, 36. Raro hac particula exclamativa post digressionem reditur ad propositam orationem velut Dem. 9, 16. Interdum etiam ei formulae sententiae initio occurreris, cum scriba publicus excitatur et aliquod populiscitum, epistolam, legum catalogum praelegere iubetur, velut Dem. 18, 106 bis; 18, 73 cet. Simplex vocabulum *φέρε* in interrogationum initio poni solet: Dem. 20, 38; 23, 57, 124; 35, 44; 39, 16, 31 cet.

2) Schaef. app. crit. I p. 320 ut res aliqua mentibus infixa haereat.

sunt, verbum *λογίζεσθαι* subsequitur; neque id mirum, nam tum demum, cum rem ante oculos posuimus, eam deliberamus. At vero suo iure verbum *λογίζεσθαι* semel praeponit orator (1, 12) *ἆρά γε λογίζεταί τις ὑμῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ θεωρεῖ τὸν τρόπον*; is enim locus videtur mihi significare: ecquis exputat secum et animo circumspicit i. e. totum animum in re defigit.

2) 18, 252 *σκέψασθ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ θεωρήσατε* et 23, 29 *σκέψασθε δὲ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ θεωρήσατε* duobus verbis videndi vocativus circumdatur, quorum alterum *θεωρήσατε* hic significare mihi videtur caute atque diligenter animo circumspicere.

3) In enuntiatis finalibus 1, 14 *ἵνα γνῶτε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ αἴσθησθε*: 4, 3 *ἵνα εἰδῆτε ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ θεάσησθε*: 21, 143 *ἀλλ' ἵν' εἰδῆθ' ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ γνῶθ' ὅτι* verba cognoscendi (sciendi) cum verbis videndi copulata sunt: nam etiam *αἰσθέσθαι* videndi notionem habet, et *γνῶναι* (21, 143) idem est, quod *ἰδεῖν* (cfr. 18, 141 *ὅτε πρῶτον εἶδον . . . . (ἔγνων γάρ, εὐθέως ἔγνων)*: . . . .[1]). Haec autem verba propterea postposita sunt, quod graviorem continent notionem: ut cognoscatis (sciatis) et quasi oculis videatis i. e. ut perspicue et clare cognoscatis (sciatis). Ex illis exemplis, quae supra tractavi, apparet oratorem velle, ut auditores, quae ante oculos sibi posuerint, ea deliberent, ex his, quae modo commemoravi, ut quae cognoverint (sciant), ea oculis subiciant.[2])

Perraro, ut iam supra dixi, vocativus eiusmodi verbis postponitur, quod haud scio an factum sit propter locutionis amplitudinem: 18, 18 *ἆρ' ὁρᾶτε καὶ λογίζεσθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὴν . . . .* 23, 122 *ἆρά γε ὁρᾶτε καὶ κατα–*

1) Apud Corn. Nep. XXV, 13, 7 et Ovid. Met. 15, 307 cognoscere idem significat quod videre.

2) Doberenz. l. c. exc. III. Blass. III_1, 93 squ.

μανθάνετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐφ' ἑκάστου τούτων . . . . 23, 178 *ὁρᾶτε καὶ συνίετε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*

Vocativus apud Demosthenem etiam aliis verbis notione cognatis interdum interponitur ita, ut prioris verbi significatio latius pateat et posteriore verbo aut sententia accuratius definiatur: Dem. 20, 98 *ἀκούετ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ καταμανθάνετε*; 56, 16 *ταῦτα δ' ἡμῶν λεγόντων ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ ἀξιούντων*; 48, 52 *διέφθαρται ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ παραφρονεῖ*; 1, 9 *ηὐξήσαμεν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι Φίλιππον ἡμεῖς καὶ κατεστήσαμεν τηλικοῦτον*; 54, 1 *ὑβρισθεὶς ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ παθὼν* . . . . *τοιαῦτα*; 34, 19.

Bina verba, quae diversas res significant, vocativo raro dirimuntur: Dem. 18, 303 *βεβουλευμένα* . . . . *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὀρθῶς καὶ πεπραγμένα*[1]) 19, 78; 18, 41; 20, 144; 21, 206; 10, 19; Lys. 13, 70; Aesch. 3, 230; Din. 1, 180; 2, 5; rarius etiam vocativus postponitur: Ant. 6, 41; Dem. 35, 40; 48, 52. Huc etiam pertinent: Dem. 25, 1; 34, 19; 45, 1; Lyc. § 104; Lys. 3, 18; Isae. 2, 6.

Tria verba uno tantum loco (Dem. 4, 8) ita dissociantur vocativo, ut duo antecedant, unum subsequatur, id quod numeri perficiendi causa videtur mihi factum esse: *μισεῖ τις ἐκεῖνον καὶ δέδιεν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ φθονεῖ.*

Observanda est illa sententia, si quidem huc trahi licet, quam Demosthenes exhibet 25, 19, ubi vocativo interiecto contrarium clarissime illustratur: *ἀλλ' ὅτι ὁ* . . . . *κόσμος ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι συνταράττεται καὶ καταφθείρεται.*

Notabilis etiam locus est ap. Andoc. 1, 52, quo una actio aoristo, altera imperfecto struitur; neque dubium est, quin antecedentem actionem incidere, subsequentem durare voluerit significare: *ἔτι δὲ ἐπὶ τούτοις καὶ τόδε ἐνεθυμήθην, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐλογιζόμην πρὸς ἐμαυτόν* (in memoriam revocavi revocatumque mecum reputabam, ut nostro utar

1) Notanda est praeclara illa adverbii *ὀρθῶς* collocatio.

sermone: Ich rief mir ins Gedächtnis (Moment) und erwog dann (Dauer). Cfr. Xen. An. 2, 4, 18.

Huc spectant etiam verba orandi, in quantum iis vocativus adiungitur: haec autem sunt verba *ἀξιοῦν, δεῖσθαι, ἱκετεύειν, ἀντιβολεῖν.*

Sed priusquam ad tractanda ea loca, quibus bina vel terna verba precandi conferuntur, aggrediar, unum verbum *δέομαι* vocativo auctum accuratius persequar. Hoc dico Demosthenem harum quoque vocum iunctura ceteros oratores praeminuisse. Neve mireris, si id verbum cum vocativo coniunctum frequentissime invenias in iudicialibus orationibus, cum oratores petunt, ut iudices audientiam sibi praebeant, ut auxilio veniant, ut iustum iudicium faciant, ut benevolentiam praestent et misericordiam tribuant cet. Omnibus autem locis pronomen *ὑμῶν* oratores addunt,[1]) ut se ad iudices preces dirigere indicent: Dem. 27, 3; 43, 2; 43, 17 bis; 44, 3; 47, 79; 48, 3; 59, 14; Lys. 19, 64; 21, 19; 25, 3; Isae. 5, 20; 6, 62; 7, 4; 8, 5; Aesch. 1, 37; 2, 7; Lyc. § 16; Isocr. 14, 16; Ant. 1, 3; Aβ 13; Bγ 3; — Dem. 4, 13; Lys. 2, 1. Ut autem uniuscuiusque audientiam benevolentiamque is, qui loquitur, sibi conciliet, *πάντων* aut *ἁπάντων* addit, id quod ap. Dem. sex locis factum est: 32, 3; 40, 4; 42, 4; 21, 108; 38, 28; 50, 64. His omnibus autem exemplis docemur verbum *δέομαι* ante genitivum poni solere: antecedit vocabulum *ὑμῶν* tum, cum orator spem in iudicum benevolentia se habere clarius significat: 35, 5, 56; 38, 28; 50, 64; et ubi id magis effert, iusta se petere dicit: 34, 1 *δίκαια ὑμῶν δεησόμεθ' ὦ ἄνδρες δικασταὶ ἀκοῦσαι ἡμῶν*; 39, 41. Simili ratione orator iustis precibus se orare significat: Dem. 29, 4 *δέομαι δ' ὑμῶν ὦ ἄνδρες δικασταὶ δικαίαν δέησιν* et 43, 17 *δέομαι δ' ὑμῶν δικαίαν δέησιν ὦ ἄνδρες δικασταί* (cfr. 50, 2). Gravissimis autem

1) 33, 16 Σr omittunt *ὑμῶν*.

precibus occurrimus ap. Isae. 9, 34 . . . *ὁσιωτάτην δέησιν δεόμενος, ὦ ἄνδρες, τῆς* . . . . .

Respiciamus nunc, quod scriptum legimus apud Dem. 50, 2, quam orationem Blassius censet germanam non esse (III₁ p. 470) *καὶ πρὸς θεῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, δέομαι ὑμῶν, μή με ἡγήσησθε* . . . . Si missas feceris or. Dem. 21, 108 (et 28, 20) et Aesch. 1, 32, iurandi formulae praepositione *πρὸς* formatae non collocantur nisi in sententiis imperativis aut interrogativis; quare ego iudico formulam *πρὸς θεῶν* nostro loco non tam coniungendam esse cum verbo *δέομαι* quam cum prohibitivo; orator igitur ab auditoribus petit, ne pro deum fidem credant summa se in rempublicam merita enumeraturum nugari; quae cum ita sint, ne iis, quae longa oratione expositurus sit, fides desit, prohibitivum illa iurandi formula auxit (ut nostro sermone utar: glaubt um Gottes willen nicht, ihr Richter, ich bitte euch darum, dass . . . . non: ich bitte euch um Gottes willen, ihr Richter, glaubt nicht . . . .). Itaque hoc loco vocativum commatis includendum esse arbitror. Eodem modo ap. Aesch. 3, 156 *μὴ πρὸς Διὸς καὶ τῶν ἄλλων θεῶν, ἱκετεύω ὑμᾶς, μὴ κτλ.* iurandi formula satis dilucide cum prohibitivo coniuncta est. Aliter res est ap. Dem. 21, 108 *δεηθεὶς ὑμῶν ἁπάντων πρὸς Διὸς καὶ θεῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*, quo loco preces apposita formula iurandi vehementiores gravioresque fiunt.[1])

Quo graviora autem et maiora ea sunt, quae petuntur, eo fortioribus et vehementioribus precibus opus est; itaque oratores eorumque longe omnium frequentissime Demosthenes summam misericordiam et benevolentiam conciliandi causa ita orant atque obsecrant, ut bina vel terna similis significationis verba conferant; haec autem verba ita collocare solent, ut gravius simpliciori subiciant. Bina verba tribus locis ap. Demosthenem vocativo disiunguntur: 21, 7 *δέομαι οὖν*

[1]) Cum verbo *αἰτέομαι* vocativus coniunctus est ap. Lys. 15, 1; Andoc. 1, 6.

ὑμῶν ἁπάντων ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ ἱκετεύω: orator ab iudicibus petit, ut non solum sibi aures dedant et auxilio veniant, sed etiam Midiam omnium improbissimum iudicent et suae ipsi saluti consulant. — Dem. 46, 28; 58, 3.

Summa autem necessitudine circumventi summumque damnum, si vincantur, veriti ii, quorum res agitur, ut iudices benevolos et misericordes sibi reddant, etiam tria precandi verba coacervant; quibus verbis tribus locis adverbium *ὁμοίως* adiungunt[1]) eo consilio, ut pari modo omnes auditores se adire significent. Dem. 27, 68 *δέομαι οὖν ὑμῶν ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ:* Demosthenes petit, ne hereditate paterna privetur neve insuper ignominia afficiatur. 57, 1 *δέομαι δ' ἁπάντων ὑμῶν ὦ ἄνδρες δικασταὶ καὶ ἱκετεύω καὶ ἀντιβολῶ:* Euxitheus et concitatam civitatem et ne ignominia afficiatur timet; itaque etiam in peroratione orans ne infelicissimum se faciant neve ad mortem trudant, gravioribus verbis *ἱκετεύειν* et *ἀντιβολεῖν* utitur. — 43, 84 eodem modo haec verba consociata leguntur; periculum enim est, ne, si adversarii vincant, tota domus exstinguatur; id ne fiat is, qui loquentis partibus fungitur, gravissimas preces fundit. His omnibus exemplis elucet vocativum cum verbo *δεῖσθαι* coniungi solere. 48, 57 *ἐγὼ δ' ὑμῶν δέομαι, καὶ οὐ μόνον ἐγὼ ἀλλὰ καὶ ἡ ἐμὴ γυνὴ . . . . καὶ ἡ θυγάτηρ ἡ ἐμή . . . . ἱκετεύομεν ὑμᾶς καὶ ἀντιβολοῦμεν ὦ ἄνδρες δικασταὶ ἅπαντες ἡμεῖς*[2]): accusator non satis habet ipse petere, sed quo graviores fiant preces, etiam coniugem et filiam, carissimas sibi, adhibet, quarum aspectu arbitratur iudices magis commoveri quam suis precibus; itaque aptissime vocativum non addit verbo *δεῖσθαι*, sed iis verbis, quibus omnium preces continentur, postponit. Suo autem iure, ut omnium iudicum animos pari modo propensos faciat ad auxiliandum, orator et genitivum et vocativum graviore usus

[1]) Dem. 56, 4; cfr. etiam 18, 6; 54, 2.

[2]) cfr. duplicem chiasmum.

dicendi ratione ante verbum *δέομαι* ponit. cum dicat (56. 4) *ὑμῶν οὖν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ὁμοίως ἁπάντων δεόμεθα καὶ ἱκετεύομεν βοηθῆσαι ἡμῖν* . . . . .

Neque vero omnibus locis eum ordinem oratores observant. Ap. Dem. 42, 32 fortius verbum vocativum antecedit; neque id iniuria; nam iudices, ut se absolvant, orator obsecrat, ut sibi succurrant, orat tantum: *ἱκετεύω πάντας ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ τὰ δίκαια εἰρηκὼς δέομαι* . . . Apud Isae. 2, 44 *ἐγὼ οὖν δέομαι ὑμῶν πάντων, ὦ ἄνδρες, καὶ ἀντιβολῶ καὶ ἱκετεύω* fortissimum verbum in medio collocatum est.[1]) Hac autem verborum collocatione orator gravissimas exprimere vult preces; nam quam efficaciorem verborum collocationem excogitare possis ad misericordiam augendam quam illam? Quae verba minorem vim habent, ea illi verbo, quo significatio duorum simpliciorum gravius exprimitur, tamquam corona circumdantur. Aliter censet Doberenzius ad 45, 85 (l. c.), cum dicat: „qui hoc gravissimo utuntur petendi genere, commoto loquuntur animo: quo animo si quis est, non solet curare, ut consueto et iusto ordine collocentur verba.“ Dem. 18, 34 *ἀξιῶ δὲ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ δέομαι*; hoc loco oratori, etsi ius postulandi habet, tamen postulare vehementius videtur, quamobrem ad simplices preces descendit.[2])

Restat ut demonstrem has precandi formulas vocativo auctas potissimum in propositione, in quantum per circuitionem efficitur, et in peroratione, id quod particulis *δέ* et *οὖν* elucet, usurpari. Sed ne longus sim, satis habebo pauca utriusque generis exempla afferre: Ant. 1, 3; Lyc. § 16; Isae. 7, 4; Dem. 4, 13; 21, 7; 32, 3; 42, 4; 58, 3. — Ant. Aβ 13, Lys. 19, 64; Isae. 6, 62; Dem. 27, 68; 39, 41; 46, 28; 48, 57.

[1]) Isae. 2, 2: Dem. 45, 85.

[2]) Vocativo neglecto verbum *ἀξιοῦν* cum verbo *δεῖσθαι* coniunctum est semel ap. Dem. 36, 57 ita ut illud hoc excipiatur.

His rebus peractis venio nunc ad vocativum, in quantum uni verbo (*δεῖσθαι* verbo excepto) adiungitur, cuius generis exemplis abundant omnium oratorum orationes.

Ac primum quidem in aperta propositione saepius Demosthenes, semel Lysias, semel Aeschines vocativum adiungunt verbo *βούλομαι*: Lys. 12, 24 *ἀναβιβασάμενος δ' αὐτὸν βούλομαι ἐρέσθαι, ὦ ἄνδρες δικασταί*; Dem. 21, 175 *βούλομαι τοίνυν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καθ' ὅσων . . . . εἰπεῖν*; Aesch. 1, 8; Dem. 24, 139; 47, 18; 7, 20; — 35, 9; 43, 31; 48, 11; — 41, 11; 59, 88. — 23, 215. Inveniuntur autem etiam alii eius verbi modi in transitione velut Dem. 25, 8 *βουλοίμην δ' ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸ τοῦ περὶ τῶν ἰδίων . . . . λέγειν . . . . ὑμᾶς ἐξετάσαι*; Aesch. 3, 2; Lys. 3, 21; Lyc. § 3.

His subiungamus ea verba, quibus oratores ipsos iudices coronamque cohortantur, quam in rem praecipue animos advertant aut quid faciant oporteat. Ac princeps locus hac in re concedendus est verbo *σκέψασθε*: quod verbum etsi omnes oratores permultis locis usurpaverunt, tamen Andocides, Lysias, Isaeus, Lycurgus, Aeschines, Demosthenes, Hyperides perpaucis locis ad maiorem affectum gravitatemque consequendam vocativo auxerunt, ceteri semper nudam formulam nullo vocativi additamento adiecto posuerunt: Lys. 1, 37 *σκέψασθε (δ'), ὦ ἄνδρες*; 15, 5; Lyc. § 52; Aesch. 1, 26, 153; Dem. 17, 10; 34, 5. — Lys. 25, 9 *σκέψασθε γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς προστάντας ἀμφοτέρων*; Dem. 33, 32; Aesch. 1, 6; Hyper. contr. Dem. frgm. 12, 11; Dem. 3, 23 *καίτοι σκέψασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἅ τις ἂν κεφάλαια εἰπεῖν ἔχοι*; Lys. 14, 41 *σκέψασθαι δὲ χρή, ὦ ἄνδρες δικασταί, διὰ τί ἄν τις . . , . φείσαιτο*: Hyper. pr. Euxen. fr. XXVII, 19. Nonnullis locis particulae *δέ* (*τοίνυν*) — *καί* vocativo seiunguntur, quarum altera novam partem denotat (oppositionem aut conclusionem), altera demonstrat rationem in ipsa re sitam inter utramque partem intercedere: Andoc.

1. 92 *σκέψασθε τοίνυν, ὦ ἄνδρες, καὶ τοὺς κατηγόρους*: 3. 17 *σκέψασθε δέ, ὦ ἄνδρες, καὶ τόδε*: Isae. 9. 14; Dem. 52. 25. Uni tantum exemplo occurrimus, ubi mutato ordine scriptum est *καὶ δέ*: Lyc. § 28 *καὶ ταῦτα δέ, ὦ ἄνδρες, ἐμοῦ θεωρήσατε*. Semel Lysias, semel Demosthenes *τοίνυν* vocabulo *ἔτι* adiecerunt, de qua verborum coniunctione vide quae supra dixi: Lys. 10, 11 *ἔτι τοίνυν σκέψασθε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*: Dem. 52, 25[1]).

Consimiliter oratores verbo *σκοπεῖν* rarius utuntur; Antiphon, Lysias, Aeschines, Demosthenes vocativum adiungunt: Ant. 5, 49 *σκοπεῖτε δέ, ὦ ἄνδρες, καὶ ἐκ τοῖν λόγοιν*. Aesch. 1, 160; Dem. 36, 54; 55, 28; 58, 34; 59, 11; Lys. 25, 19 *σκοπεῖν δὲ χρὴ καὶ ἐκ τῶνδε, ὦ ἄνδρες δικασταί*: Dem. 51, 8. Neque minus saepe quam *σκέψασθαι* admissum est verbum *ἐνθυμεῖσθαι*, quod verbum Dinarchus et Hyperides omnino non usurpaverunt, Lysias octo, Antiphon, Aeschines, Isaeus, Demosthenes singulis locis vocativo ornaverunt. Ant. 6, 20; Lys. 10, 30: 13, 93; 14, 14: Dem 19, 310. — Lys. 30, 21; 7, 38: Lyc. § 127; — Lys. 28, 10: Lys. 25, 21; 6, 51.

Verbum *ὁρᾶν* vocativo auctum inveni ap. Din. 1, 105 *ὁρᾶτε, ὦ Ἀθηναῖοι, τί μέλλετε ποιεῖν*, quo in loco particula transitiva, quamvis eam exspectemus, ab oratore omissa est; Andoc. 2, 17 *ὁρᾶν δὲ χρή, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅσα .... διαφέρει*: Dem. 3, 20 *ὁρᾶτε οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦθ' οὕτως*.[2]) His adiungo Lys. 30, 24 *ἐπίστασθε δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι*; Ant. 6, 25.

Denique vocativum connexum invenies verbis *προσέχετε* (*τὸν νοῦν*) et *ἀναμνήσθητε* (semel *μνήσθητε* ap. Ant. 6, 41 *σκέψασθε δὲ καί μοι μνήσθητε, ὦ ἄνδρες*). Isae. 7, 13 *τούτοις ἤδη μοι τὸν νοῦν προσέχετε, ὦ ἄνδρες*; Din. 1, 83;

---

1) Ant. 5, 49.

2) Din. 1, 103; Lys. 21, 13; Dem. 4, 9; 14, 15 *ὁρᾶτε* imperativi vim non habet.

Dem. 20, 95; 24, 19; 44, 20; 55, 9. — Isae. 11, 24: Dem. 48, 36. Dem. 34, 49 *ἀναμνήσθητε δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι οὐδ' αὐτὸς ὁ Λαμπὶς ἔξαρνος ἐγένετο*; Lys. 22, 18; — Andoc. 3, 25; — Aesch. 1, 130.

Praeterea commemoranda sunt verba impersonalia *χρή* et *δεῖ*: nam ut *ἄξιον* et *εἰκός* (*ἐστιν*)[1]) levem continent cohortationem, sic oratores verbis *χρή* paulo lenius, *δεῖ* gravius, *ἀξιῶ* in transitione, praecipue in propositione animos auditorum, ut attendant ad rem aut ut ea, quae dicturi sint, faciant, cohortantur. Ex omnibus autem oratoribus Lysias his formulis maxime delectatus est: Lys. 15, 10 *χρὴ δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὥσπερ .... οὕτως .... ψηφίσασθαι*: Isae. 1, 41 *χρὴ δέ, ὦ ἄνδρες, καὶ .... ψηφίζεσθαι*; Andoc. 3, 2 *χρὴ γάρ, ὦ Ἀθηναῖοι, ὥσπερ .... οὕτω καὶ ὑμᾶς ζητεῖν*. Lys. 14, 41; 22, 20; 25, 24; Lyc. § 25; Aesch. 2, 80; Lys. 13, 3 *δεῖ δ' ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες, ἐξ ἀρχῆς .... ἀκοῦσαι ....* Lyc. § 14; Lys. 3, 4 *ἀξιῶ δέ, ὦ βουλή, εἰ μὲν ἀδικῶ, μηδεμιᾶς συγγνώμης τυγχάνειν· ἐὰν δέ .... ἐπιθείξω ....* Lys. 25, 4; Dem. 9, 3; 18, 34; 57, 6.

Neque minus saepe Lysias et alii vocativum adiungunt verbis *ἡγοῦμαι* cet; quibus verbis particulis adversativis aut conclusivis (*δέ, τοίνυν κτλ.*) auctis ad propositionem formandam aut ad expositionem inducendam aut ad refutationem incipiendam, denique ad novam orationis partem denotandam utuntur. Formulam autem *ἡγοῦμαι* (*νομίζω*) *δέ* in proximo enuntiato, quo argumentatio aut pars eius incipitur, id quod ex rerum ipsa natura efficitur, coniunctio *γάρ* sequi solet: Lys. 1, 3 *ἡγοῦμαι δέ, ὦ ἄνδρες, τοῦτό με δεῖν ἐπιδεῖξαι*; 14, 16 *ἡγοῦμαι δ' ὦ ἄνδρες δικασταὶ περὶ μὲν τοῦ νόμου .... οὐκ ἔχειν αὐτούς, ὅ τι λέξουσιν*; Lys. 13, 52 *ἐγὼ δ' οὐκ οἶμαι, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐδ' ἐάν τις ...* 16, 9 *δοκεῖ δέ μοι, ὦ βουλή, ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις ἀγῶσι .... προσήκειν*; Dem. 14, 4 *ἡγοῦμαι γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς Ἕλληνας ....*

---

1) pag. 47 squ.

καὶ συμμαχήσειν; Isae. 10, 22 *ἐγὼ δὲ καὶ αὐτός, ὦ ἄνδρες, οἶμαι δεῖν* . . . . Lys. 3, 28; 14, 7; 25, 19; 29, 11; 21, 16; 25, 29; 27, 8; 29, 5; Lyc. § 64; Isocr. 17, 24. — Lys. 7, 5 *ἡγοῦμαι τοίνυν, ὦ βουλή, ἐμὸν ἔργον εἶναι ἀποδεῖξαι*; Lys. 10, 15; Dem. 36, 54. — Isae. 1, 17 *ἡγοῦμαι μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες, πᾶσι . . . περίεργον εἶναι*; Dem. 21, 102. — His adiungo ap. Dem. 27, 40 *νομίζω τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί*. — Dem 18, 5; 4, 49; Lys. 10, 7. — Dem. 27, 40 *νομίζω τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τούτων ἱκανῶς μὲν ὑμᾶς μεμαθηκέναι*. — Bis Andocides verbum *μέμνησθε* vocativo coniungit, semel post nomina recitata (1, 15), semel in peroratione (3, 41); semel utitur hoc verbo sine particula ad totam sententiam gravius concludendam (1, 130).

Sed haec ne diutius curemus ac potius strictim nonnullas alias transeundi formulas subiciamus: Aesch. 1, 5 *εὖ δ᾽ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι . . . . οἱ νόμοι σώζουσι*; Lys. 10, 146; Aesch. 2, 145; Dem. 24, 143; 23, 145 *εὖ τοίνυν ἴστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐξηπάτησθε*; Lyc. § 15 *εὖ γὰρ ἴστε, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅτι* . . . . Aesch. 3, 6, 146, 247; Dem. 23, 118 *ἴστε γὰρ δήπου πάντες, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὁμοίως ἐμοί* . . . . Lyc. § 20 *οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὦ ἄνδρες, οὔτε* . . . .

Interdum oratores formulis *θαυμάζω δέ, πυνθάνομαι δέ, ἀκούω δέ*, quod postremum verbum Lysias solus adhibet, vocativo auctis utuntur, quibus seiunctionem, ut Ciceronis verbis utar, ab eo, quod est dictum, efficiunt et occupationis aut refutationis figuras inducunt. Etiam negativae formulae (*οὐκ ἀγνοῶ δέ*) in hoc transitionis genere in usu sunt: Lys. 10, 30 *ἀκούω δ᾽ αὐτόν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπὶ τοῦτον τὸν λόγον τρέψεσθαι*; Lys. 13, 49 *θαυμάζω δ᾽ ἔγωγε, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι ποτὲ τολμήσει* . . . . Lys. 3, 3 *μάλιστα δ᾽ ἀγανακτῶ, ὦ βουλή, ὅτι περὶ τῶν τραυμάτων εἰπεῖν ἀναγκασθήσομαι*; Dem. 39, 27 *οὐκ ἀγνοῶ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι Βοιωτὸς οὑτοσὶ δίκαιον μὲν οὐδὲν ἕξει*

λέγειν — Lys. 4, 19; 14, 11, 23; Lyc. § 68; Dem. 8, 55; 36, 28.

Iam commemoranda erit nobis illa propositionis forma, quae incipit ab enuntiato finali, in quo particula *δέ* transitionem denotat. Cuius rei haec exempla vocativo aucta apud Andocidem et Demosthenem inveni: Andoc. 1, 106 *ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὦ ἄνδρες, ὅτι . . . . βραχέα βούλομαι . . . εἰπεῖν*; Dem. 20, 88 *ἵνα τοίνυν εἰδῆτε, ὅτι . . . , ἀναγνώσεται*; Dem. 24, 144; 36, 36, 40; 37, 21; 48, 55; 55, 8. His addo Dem. 14, 41; 45, 40.

In alia huius opusculi parte[1]) monebo praecipue in iudicialibus orationibus testimoniis vel legibus vel versibus vel similibus prolatis post vocabula *ψήφισμα, νόμος κτλ.* allocutionem reperiri; at multo frequentiorem in hoc transitionis genere usum esse verbi *ἀκούειν* omnibus exemplis enumeratis docebimur. Observasse autem mihi videor oratores, si obiectum vel enuntiatum coniunctione *ὅτι* aut pronomine relativo formatum in primario loco, verbum in extremo ponunt (perpaucis locis exceptis: Dem. 38, 4 *ὅτι μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ δίκας ἔλαχον . . . . ἀκούετε τῶν μαρτύρων*) usurpare solere perfectum tempus *ἀκηκόατε*, quod, ut transitionem significent, augent particulis *μέν* (*οὖν, τοίνυν*), si vocabulorum ordinem invertunt, plerumque adhibere praesens. Dinarchum, si ante recitandum senatus consultum aut exsecrationem iudices adhortatur, ut audiant, aoristo *ἀκούσατε* uti: Lys. 1, 43 *τῶν μὲν μαρτύρων ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες*; 32, 28; Isocr. 17, 13; Aesch. 1, 36; 2, 62, 69; Dem. 44, 45; 56, 19; 57, 22; 59, 17; Dem. 43, 32 *ὅτι μὲν ἐνίκησε . . . . ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες δικασταί*; 52, 32; 42, 10 *ἃ μὲν τοίνυν . . . . ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἐμοῦ* . . . . — Lys. 1, 30 *ἀκούετε, ὦ ἄνδρες, ὅτι* . . . .; 1, 32; 14, 6; Isae. 11, 12; Aesch. 2, 129; 3, 24; Dem. 34, 17; 39, 21; 43, 67; Lyc. § 115 *ἀκούετε, ὦ ἄνδρες*,

[1]) nº. 10.

τούτου τοῦ ψηφίσματος; §§ 29, 121; Lys. 19, 58; Aesch. 2, 135; Dem. 19, 39, 256, 271, 298; 21, 48; 37, 19; 38, 5; 55, 15. — Din. 1, 47 *ἀκούσατε, ἄνδρες δικασταί, τῆς ἀρᾶς*: 1, 78. Accedunt ap. Dem. 19, 48 *ὁρᾶτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὸ ψήφισμα*; 39, 20.

Denique ea occupationis formula strictim tractanda est, quae ita constituta est, ut (is qui loquitur) occupet, ut Ciceronis verbis utar[1]), quod videat opponi[2]): Lys. 13, 70 *λέξει δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἐξαπατῆσαι ὑμᾶς πειράσεται*; Aesch. 3, 13; Din. 1, 91.

IX.

Bina vel terna adiectiva aut adverbia si congregantur, saepissime vocativus interponitur. Pauca tamen exempla reperiuntur, in quibus posteriori vocabulo similis insit significatio atque priori. Praecipue Demosthenes, id quod in iuramentis quoque saepius factum est, enititur, ut vocativum adiectivo *δεινόν* adiungat: Dem. 19, 65 *θέαμα δεινὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἐλεεινόν*[3]). — 19, 146, 226; 21, 61, 104; 41, 9; 23, 61; 21, 104, 120. Etiam tum, cum vocativus adiectiva sequitur, ad adiectivum *δεινόν* se applicat: Lys. 28, 1 *πολλὰ καὶ δεινά, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὥστε* .... Dem. 20, 156 *πῶς οὖν οὐ σχέτλιον καὶ δεινόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ* .... 23, 143 *αἰσχρὸν καὶ δεινὸν* .... *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ* .....

Pari modo *καλόν* ab adiectivo adiuncto vocativo seiungitur: Dem. 20, 96 .... *καλὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ σαφές* .... 19, 162 *καλὸν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ σεμνόν*; 25, 48 *τοῦτο δ' οὐ καλόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζω δὲ*

---

1) Orat. 138.

2) Quintil. IX, 2, 16.

3) Hoc edocti exemplo facillime intellegimus, quid intersit inter allocutionem, quae per vocativum, et exclamationem, quae per accusativum effertur.

μὰ τοὺς θεοὺς οὐδ' ὅσιον; 13, 33 *ἅπαντα καλὰ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ταῦτα καὶ δίκαια καὶ .... ἄξια*; Dem. 21, 9 *καλῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ συμφερόντως ἔχων ὁ νόμος* .... — Lyc. §§ 1; 30; 77; 108.

Aliis adiectivis consociatis particula *καί* raro intercedit vocativus: Dem. 18, 17 *ἔστι δ' ἀναγκαῖον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ προσῆκον ἴσως*; 19, 115 *μεγάλα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἐναργῆ σημεῖα*; 19, 263 *ἐναργὲς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ σαφὲς παράδειγμα*; 20, 157 *αἰσχρὸς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ κακῶς ἔχων* .... 19, 158 *αἰσχρῶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ἀναξίως ὑμῶν*. — Dem. 23, 87; 58, 33.

Haud frequenter vocativus vocabulis postponitur, quod, si ea exempla, quae supra memoravi, missa feceris, tum fieri solet, cum negativa particula accedit velut ap. Dem. 18, 315 *οὔτε γὰρ δίκαιον οὔτ' ἴσον, Αἰσχίνη*; 24, 1 *οὔτ' ἐπιτήδειον οὔτε δίκαιον, ὦ ἄνδρες δικασταί*; 21, 112; 43, 65; 18, 285; — 18, 120 *ἀλλὰ πρὸς θεῶν οὕτω σκαιὸς εἶ καὶ ἀναίσθητος, Αἰσχίνη, ὥστε* .... 35, 42 *πονηρὸν καὶ ἄδικον ὦ ἄνδρες δικασταὶ δανείζεσθαι*; 18, 265 *πράως καὶ μὴ πικρῶς, Αἰσχίνη*, Ap. Lys. 13, 3 vocativum ante adiectiva positum reperimus, quod omnis locutio ad transitionem formandam assumitur.

Terna adiectiva si copulantur, vocativus, quae quidem exstent exempla, sive casu sive maioris ornatus petendi causa post primum collocatur: Dem. 25, 31 *καὶ γὰρ δίκαιον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ καλὸν καὶ συμφέρον*; 24, 28. Ap. Dem. 35, 47 *καὶ πῶς οὐκ ἂν δεινὸν καὶ σχέτλιον καὶ αἰσχρὸν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες δικασταί* ...., quod pronomen *ὑμῖν* expressius effertur, vocativus tribus adiectivis postponitur.

Vocativo porro interdum numerale ab adiectivo aut bina numeralia inter se dirimuntur: Dem. 14, 14 *πρῶτον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ μέγιστον*; 19, 25 *ἑνὸς* .... *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* .... *καὶ πρώτου* .... 18, 3 *δύο δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ μεγάλα* ....

Nunc pergamus ad vocativi uni adiectivo appositi usum. His quoque exemplis, si congesserimus, Demosthenis cognoscemus studium adiectivo *δεινός* vocativi subiungendi; hunc excipit Lysias: apud ceteros oratores perraro cum vocativo legitur: *δεινόν* Ant. 6, 9; Lys. 14. 17; 15. 7; 24. 12; 30, 32; Isae. 10. 5; Dem. 33. 20; 45, 70; 25. 56. — *οὐκ οὖν δεινόν* Isocr. 18. 21: Aesch. 2, 87; Dem. 55. 2; 57, 47; *καίτοι δεινόν* Lys. 15. 6; 18. 12; *καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ὦ ἄνδρες, πρὸς τῶν Ὀλυμπίων, εἰ* . . . . Isae. 6. 58; Din. 1, 53; Dem. 20, 12; 44. 51; Isae. 6. 12 (Turic. ed.) *κατὰ τὸν νόμον* [*καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ὦ ἄνδρες*] . . . Lys. 29. 9 *καὶ γὰρ ἂν καὶ δεινὸν εἴη, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ* . . . Aesch. 3. 244.

Superlativus adiectivi reperitur ap. Lys. 32. 24 et Dem. 56, 17. Ad totum enuntiatum referenda est allocutio in his transitionibus: Lys. 20. 19 *ἦ δεινά γ' ἂν πάθοιμεν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ* . . . . Dem. 21. 139 *ἀλλὰ δεινοί τινές εἰσιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι φθείρεσθαι.*

Illae autem indignantium voces saepius adhibentur ad commentationem (enthymema, argumentum ex contrario[1]) formandam. Atque rei illustrandae causa pauca exempla affero: Isae. 6, 58 *καίτοι πῶς οὐ δεινόν, ὦ ἄνδρες, πρὸς θεῶν Ὀλυμπίων, εἰ μὲν . . . εἰ δὲ* . . . .[2]) Aesch. 3. 244: Dem. 20. 12.

Iam in medium proponamus adiectivum *ἄξιος* vocativo auctum, quod cum aliquo infinitivo (*ἐνθυμηθῆναι*) coniunctum per circuitionem lenem eorum, qui audiunt, cohortationem continet et plerumque in iis sententiis reperitur, quibus transitur ad rem novam (in propositione): quare nunquam paene non particulae *δέ* aut *τοίνυν* toti sententiae adduntur: Ant. 6, 20 *ἄξιον δ' ἐνθυμηθῆναι, ὦ ἄνδρες, ἀμφότερα* (cum propositione hic partitio coniungitur): Andoc. 1. 140 *καὶ*

[1]) Auct. ad Herenn. 4, 25.

[2]) Iurandi formula adiecta affectus augetur.

μὲν δὴ καὶ τάδε ὑμῖν ἄξιον ὦ ἄνδρες ἐνθυμηθῆναι[3]): Isocr. 17, 48 *ἐνθυμηθῆναι δ' ἄξιόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες δικασταί, τὴν ἀτοπίαν* . . . . Dem. 33, 29 *ἄξιον τοίνυν καὶ τοῦτ' ἐνθυμηθῆναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι* : . . . 25, 54 *ἄξιον δ' ἐστίν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὰ λοιπὰ ἀκοῦσαι* . . . . Dem. 46, 28; 55, 16; 59, 116; Lyc. § 100; Hyper. pro Lyc. frg. III, 4 *ἄξιον δ' ἐστίν, ὦ ἄνδρες δικασταί, κἀκεῖθεν ἐξετάσαι τὸ πρᾶγμα* . . . . Dem. 20, 81; 23. 196. — Andoc. 1, 124; Dem. 45, 71; 59, 77; Isocr. 17, 48; Isae. 5, 38. Vocabulum *οὔκουν* adiunctum est ap. Lys. 21, 20; Dem. 20, 165; 36. 59. Apud Isae. 2, 27 hanc vocem, quod in apodosi exstat, sine particula invenimus. Apud. Dem. 17, 1 cum allocutione coniunctum adiectivum orationem ipsam incipit. Apud Lys. 16. 19 *ὥστε οὐκ ἄξιον ἀπ' ὄψεως, ὦ βουλή, οὔτε φιλεῖν* . . . . non tam adiectivum quam substantivum *ὄψεως* effertur. Apud Dem. 19, 86 vocativo vocabulum *ἄξια* a genitivo seiungitur: *ταῦτα μὲν τότε ἄξια ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τῶν πεπραγμένων ἐψηφίσασθε.* Personalem constructionem adiectivi *ἄξιος* vocativo subsequente reperimus apud Dem. 28, 22 *οὐκ ἄξιος, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὔτ' ἐγὼ* . . . . *τυχεῖν.*

Nunc ea ponam exempla, in quibus allocutio adiectivo *δίκαιος* et infinitivo interponitur. Hoc ipso autem adiectivo Isaeus et Demosthenes et (semel) Lysias in transitione utuntur: Lys. 30, 9 *δίκαιον γάρ, ὦ ἄνδρες, περὶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων* . . . . *ἀποδέχεσθαι*; Isae. 6, 53 *οἷς μὲν γάρ τις παρεγένετο, δίκαιον ὦ ἄνδρες μαρτυρεῖν*; 10, 24 *καίτοι δίκαιον, ὦ ἄνδρες* . . . . *ἀξιοῦν ἐπιδικάζεσθαι*; Dem. 15, 21 *ἔπειτα καὶ δίκαιον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* . . . . *φαίνεσθαι*; — 6, 28; 18, 314; 20, 119; 58. 44 (post testimonia). — 23. 192 *δίκαιον* cum vocativo anteponitur. vocativus sequitur solum ap. Isae. 10, 21 *ἀλλὰ νυνὶ δίκαιον εἰπεῖν ἐστιν, ὦ ἄνδρες* . . . . Ap. Dem. 18, 9 *ἀναγκαῖον*

[3]) Respice etiam particulas cumulatas.

εἶναι νομίζω καὶ δίκαιον ἅμα βραχέα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι περὶ τούτων εἰπεῖν, quamquam vocativus inter *δίκαιον* et infinitivum interpositus est, tamen eo adiectivum *βραχέα* magis effertur. — Ter vocativus nudo adiectivo adsistit: Isae. 10, 2 *ἔστι δὲ δίκαιον τοῦτο, ὦ ἄνδρες*; Dem. 58, 26 *ἀλλ' οὐ δίκαιον, ὦ ἄνδρες δικασταί*; (Dem. 20, 96 . . . . *δίκαιον, ὦ γῆ καὶ θεοί*).

Transitio efficitur etiam vocabulo *εἰκός*, quod ipsum saepius cum vocativo coniungitur; solet autem is reperiri inter *εἰκός* (*ἐστιν*) et infinitivum: Lys. 14, 4 *εἰκὸς τοίνυν ἐστίν, ὦ ἄνδρες δικασταί* . . . , 30, 13. Dem. 11, 2 *πρῶτον μὲν γὰρ εἰκός, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* . . . . *ὑπάρχειν*; Dem. 34, 15 allocutio postposita est: *καίτοι εἰκὸς γ' ἦν αὐτὸν εἰπεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*. Apud Dem. 47, 25 *σκέψασθαι δὴ ὑμᾶς εἰκός ἐστιν ἐξ ἀρχῆς ὦ ἄνδρες δικασταὶ τοῦτο πρῶτον* vocativus ad totam sententiam referendus est. Absolute positum reperimus *εἰκός* cum vocativo ap. Lys. 19, 39 *ἀλλ' οὐκ εἰκός, ὦ ἄνδρες δικασταί*.

Sexies (idque semper ferme apud Dem.) vocativus vocabulo *αἰσχρόν* (quod vocabulum non solet assumere *ἐστίν*) et infinitivo interponitur. Hac quoque formula interdum transitio fit: Dem. 15, 23 *εἶτ' οὐκ αἰσχρόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ* . . . . 20, 71 *οὐκοῦν αἰσχρόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ* . . . . Dem. 18, 160 *μάλιστα δ' ὅτι αἰσχρόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ*. — Hyper. in Dem. fr. XI. 15; Dem. 4, 38; 19, 132; 20, 9.

Adiectivo *ἄτοπον* Demosthenes nunquam vocativum adiungit[1]), ter Lysias, Aeschines semel. Hoc quoque adiectivum simili modo atque *δεινόν*[2]) in transitione (enthymemate) usurpatur, quare totam sententiam figuratio disiunctiva per *εἰ μὲν — δέ* formata sequitur: Lys. 24, 8 *καὶ γὰρ ἂν ἄτοπον εἴη, ὦ βουλή, εἰ ὅτε μέν* . . . . Aesch. 1, 85 *οὐκοῦν ἄτοπον ἂν εἴη, ὦ Ἀθηναῖοι, εἰ μηδὲν μὲν ἐμοῦ λέγοντος* . . . . *ἐμοῦ δὲ λέγοντος* . . . . (Isae. 6, 12); Lys. 24, 12 *καίτοι πῶς οὐκ ἄτοπόν ἐστιν, ὦ βουλή κτλ.*

1) 25, 65 *νὴ τὸν Δία καὶ τοὺς θεούς*.
2) pag. 46.

Rarissime adiectivum *χαλεπόν* et vocativo et transitionis formula *μὲν οὖν* coniunctum reperias: Lys. 19, 11 *χαλεπὸν μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀπολογεῖσθαι* . . . . Isae. 8, 5 *ἔστι μὲν οὖν χαλεπόν, ὦ ἄνδρες, πρός* . . . . . Semel scriptum legimus ap. Lys. 25, 10 *οὔκουν χαλεπὸν γνῶναι, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι* . . . . et sine ullo particularum additamento: Lys. 19, 29 *χαλεπὸν ὦ ἄνδρες δικασταὶ τραγῳδοῖς* . . . .

Saepius vocativus cum adiectivis *πολύς* et *πᾶς*, quo plus gravitatis habeant, coniungitur: Lys. 10, 5 *ὥστε πολλῶν ἕνεκα, ὦ ἄνδρες δικασταί, προσῆκέ μοι*. Isocr. 1, 1; Dem. 57, 60; *τὴν αὐτὴν σύνταξιν ἁπάντων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἵνα* . . . . 3, 34; 6, 3; 22, 20; 23, 89, 118; 18, 16, 216; Andoc. 3, 41; Lyc. § 55.

Praeter ea, quae supra enumeravi, adiectiva pauca reperiuntur, quae ad vim gravitatemque magis efferendam aucta sunt vocativo: Lys. 7, 27 *κρεῖττον ἦν, ὦ βουλή* . . . . Dem. 9, 25 *ἐλάττονά ἐστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὧν* . . . . Dem. 57, 44 *πῶς οὖν ἂν οὐκ οἰκτρότατα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάντων ἐγώ* . . . . (in transitione); Dem. 19, 3; 55, 14; 35, 26; Dem. 40, 1; Ant. 6, 1. Sed haec adiectivorum exempla hic posuisse satis habeo, aliis in ea parte, qua transitionum particulas tractavi, iam occurrimus.

X.

Perraro allocutio binis substantivis intercedit, quibus paene nunquam simile quid continetur (eius modi exempla reperias tantum ap. Din. 1, 95; Aesch. 3, 1; Dem. 21, 1); atque abstracta esse solent (Andoc. 1, 1, 88; Isocr. 11, 1; Din. 3, 20; Dem. 56, 10; 58, 59) aut appellativa (Aesch. 3, 56) aut nomina propria (Dem. 33, 1) aut sunt mixta (Dem. 56, 10; — 55, 5; 58, 7). Bina participia substan-

tivorum vim habentia vocativo dirimuntur ap. Lys. 3, 15 et Dem. 57, 8. Ap. Din. 1, 1 vocativus substantivo et participio interponitur.

Terna substantiva si coacervantur, allocutio sive gravissimi substantivi magis efferendi sive maioris ornatus petendi causa post primum collocatur: Din. 1, 64 *μαρτύρομαι τὰς σεμνὰς θεάς, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ τὸν τόπον . . . . καὶ τοὺς ἥρωας* . . . . 1, 85 *τουτὶ τὸ συνέδριον, ὦ Ἀθηναῖοι, καὶ ὁ αὐτὸς τόπος καὶ ταῦτα τὰ δίκαια* . . . . Dem. 58, 39; Isae. 7, 5. Quinque voces semel in duas partes vocativo dissecantur ap. Isae. 11, 8 *ἐγὼ γὰρ καὶ Ἁγνίας, ὦ ἄνδρες, καὶ Εὐβουλίδης καὶ Στρατοκλῆς καὶ Στράτιος.*

At saepissime vocativum singulis substantivis adiunctum reperias. Hac autem re longe praeminet Demosthenes (ca. 55), hunc excipit Isaeus (10); sequuntur Lysias (8), Antiphon (6), Aeschines, Dinarchus (4); Isocrates, Andocides (3), Lycurgus (2), Hyperides (1). Quae substantiva omnia enumerare longum est; hoc unum dico vocabula *νόμος* et *ψήφισμα* frequentissime vocativo efferri, si populiscitis vel legibus renuntiatis oratio iterum introducitur: Andoc. 1, 85; Isocr. 19, 13; Isae. 6, 9; Dem. 23, 23; 35, 52; 36, 26; 43, 52. 55. — Aesch. 3, 105; Dem. 18, 56, 223; 19, 277; 20, 36, 64; 23, 33; 58, 52. Nonnunquam *τρόπος* in transitione adhibetur: Aesch. 1, 93 *τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ὑμεῖς* . . . . Dem. 19, 17 *ὃν μὲν οὖν τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, χειροτονησάντων ὑμῶν* . . . . 20, 93; 25, 96; Din. 2, 21; Aesch. 2, 62. — Lys. 13, 82. Velim etiam conferas Isae. 7, 29 *ἐπὶ μὲν τοσούτων μαρτύρων, ὦ ἄνδρες, γέγονεν ἡ ποίησις*; 6, 49.

Vocativo nomini proprio apposito orator audientium animos ad adversarium vel reum vel populum advertit: Dem. 19, 260 *Θετταλῶν μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* . . . . 35, 1; 43, 19; hoc fit longe omnium saepissime in iudicialibus orationibus: Lys. 1, 23 *ὁ δὲ Ἐρατοσθένης, ὦ ἄνδρες,*

εἰσέρχεται; 12, 74; 28, 12. Isocr. 17, 24; Isae. 2, 38; 5, 13; 6, 17; 9, 31; Aesch. 3, 13, 245; Din. 1, 14; 2, 12; Dem. 20, 71; 21, 182; 23, 51, 111; 24, 113; 27, 1; 29, 1; 34, 14; 40, 101; 41, 27, 29; 42, 7; 45, 56; 52, 3, 6, 23, 32. Saepius, ut adversarius denotetur clarius, *οὑτοσί* (*οὗτος*) ad nomen proprium accedit, quo dicendi genere nemo nisi Demosthenes utitur: 35, 41 *Λάκριτος δ' οὑτοσί, ὦ ἄνδρες δικασταί* . . . .; 35, 44; 48, 28, 53; 56, 5; 57, 8; 59, 155. Ex eo autem, quod paene his omnibus substantivis particulae *δέ* aut *γάρ* aut particularum coniunctio adicitur, elucet maxime in transitionibus nos iis occurrere.

XI.

Adiectivum cum substantivo copulatum si cum vocativo concurrit, saepius adiectivum quam substantivum praecedit; neque tamen autumo oratorem anteposito verbo semper graviorem vim addi voluisse:[1]) Lys. 24, 11 *ὃ δὲ μέγιστον ὦ βουλὴ τεκμήριον*; Dem. 2, 4 *καὶ μεγάλα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι . . . ὀνείδη*; 2, 20 *μεγάλα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δείγματα τῆς ἐκείνου γνώμης*; 41, 1; Dem. 1, 1 *ἀντὶ πολλῶν ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι χρημάτων*; 9, 1 *πολλῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι λόγων* . . . . 19, 167; 21, 3; 23, 53; — Dem. 21, 62 *πολλῶν τοίνυν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι γεγενημένων ἐχθρῶν* . . . .; 23, 82 *πολλῶν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καλῶς ἐχόντων νόμων* . . . . Dem. 24, 72; Din. 3, 21 *ὑπὲρ πάσης ὦ Ἀθηναῖοι τῆς χώρας*. Ad totam sententiam referenda est allocutio ap. Dem. 58, 60 *πολλῶν δ' ἡμῖν ὦ ἄνδρες δικασταὶ διὰ τουτονὶ τὸν Θεοκρίνην ἀτυχημάτων* . . . . Clarae illius vocativi collocationis, qua in adiectivis maximum momentum ponere vult orator, hoc loco faciamus mentionem: Dem. 19, 15 *πολλῶν ἀξίους ὦ Ζεῦ καὶ πάντες θεοὶ*

[1]) Velim conferas Lyc. § 129 *μέγιστον δέ . . . . τεκμήριον*; § 61 *τεκμήριον δὲ μέγιστον*; Ant. 5, 61 *τεκμήριον δὲ μέγιστον*; Isae. 3, 19 *μέγα δὲ τεκμήριον*.

θανάτου λόγους . . . . — Isae. 9. 2 *διαθήκας ὦ ἄνδρες ψευδεῖς*: Dem. 18. 60 *πλεονέκτημα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι μέγα*; Dem. 19. 259 *νόσημα γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δεινόν*: 30. 34: (21. 182: 23, 111: — 24. 1): Dem. 14. 25 *τὴν πόλιν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πᾶσαν ταύτην*.

XII.

Perraro pronomina demonstrativa, possessiva cet. a substantivis suis vocativo dirimuntur: *οὗτος* Din. 1. 59 *αὕτη, Δημόσθενες, τῆς βουλῆς ἡ ἀπόφασις* . . . . Dem. 18. 280: 23. 116: 34. 8. 50: *ἐκεῖνος* Dem. 43. 12 *ἐκεῖνος γὰρ ὦ ἄνδρες δικασταὶ ὁ Εὐβουλίδης*: *τοιοῦτος* aut *τοσοῦτος* Din. 1. 17 *ὁ τοιοῦτος ὦ Δημόσθενες πολίτης*; 1. 36; Dem. 1. 8; 36. 57; *ὅσος* Dem. 19. 1 *ὅση μὲν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι σπουδή*: *σός* Dem. 18, 21 *ὁ σὸς Αἰσχίνη κοινωνός*: 20. 28; *ἄλλος* Dem. 21. 20 *τὸν ἄλλον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι βίον* . . . .: *οὐδείς* 23. 95 *οὐδὲν ὦ ἄνδρες δικασταὶ τοῦτο σημεῖον*. — Ap. Dem. 35. 50 et 36. 33 pronomini et adiectivo. ap. Andoc. 1, 14 et Dem. 5. 11 numerali et substantivo interpositi sunt vocativi; semel pronomen subsequitur ap. Dem. 20. 28 *τῶν ψηφισμάτων ὦ ἄνδρες δικασταὶ τούτων*. Ap. Din. 1, 57 allocutio duobus pronominibus intercedit: *τούτους μέντοι, ὦ ἄνδρες, καὶ τοιούτους*: Andoc. 3. 28 omnis sententia, qua primum expositionis membrum inducitur, magis elucet: *ἐγὼ μὲν οὖν ἐκεῖνο δέδοικα μάλιστα ὦ Ἀθηναῖοι τὸ εἰθισμένον κακόν*.

Etiam pronomen *ἐγώ* allocutione ornatum oratores alicui verbo adicere solent, quo sermonem eius, qui loquitur, multo fortiorem et esse et ab iis qui audiunt existimari apparet; neque vero unquam (nisi ap. Dem. 34. 16 *τοῦτο τὸ ἔγκλημα ἔλαχον ἐγώ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδαμόθεν ἄλλοθεν*, ubi post petitionem recitatam narratione recepta particula, quamvis exspectemus, omissa est) simplex pronomen exhibetur, sed semper una aliqua particula, qua de re iam supra scripsimus (*γάρ, δέ, τοίνυν* vel similes), quae aut in contrario aut in

transitione, si membra orationis et partes argumentaque inducuntur, ei additur. Ex innumerabilibus exemplis nonnulla, ut quaeque se offerent, citabo: Aesch. 2, 81 *ἐγὼ γὰρ ὦ Ἀθηναῖοι καὶ ἐν τῇ προτέρᾳ* . . . . *πρεσβείᾳ* . . . . Andoc. 1. 56: Dem. 2, 6 *ἐγὼ μὲν γὰρ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι σφόδρ' ἂν ἡγούμην*: 24, 6; 25. 30: 29. 11, 30; 45. 3. — Lys. 25. 14; Isae. 11, 38; Isocr. 17, 35: Aesch. 2. 183: Dem. 29. 25: 30. 6; 33, 4; 34. 6; 35. 6: 58. 57; *ἐγὼ μέν* (ad contrarium magis efferendum): Isocr. 17. 27 *ἔπειτ' ἐγὼ μέν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἔχω* . . . . *τοῦτον δέ* (in propositione): Isae. 10. 14. — *ἐγὼ μὲν οὖν* Andoc. 1, 8 *σκοπῶ μὲν οὖν ἔγωγε, ὦ ἄνδρες, πόθεν χρὴ ἄρξασθαι* (in propositione): Lys. 21, 22: 34. 3: — *δέ* Ant. 6. 7 *ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω* . . . .: Lys. 1. 25 *οἱ μὲν πρῶτοι* . . . . *οἱ δ' ὕστερον* . . . . *ἐγὼ δ' ὦ ἄνδρες πατάξας*; 1. 37; 7. 40; 28. 12; Isae. 9. 30; 10. 25; 5, 26; Isocr. 17. 39; Lyc. § 137; Aesch. 2, 4, 236; Dem. 7, 24; 19, 98; 23. 187, 194: 29, 2; 35. 3; 40. 12, 13; 41, 13; 42. 3; 43. 8, 73; 45, 47. 83; 48. 19; 57, 50; 58. 23; *ἐγὼ τοίνυν* Lys. 3, 9; 7. 12; 12. 37; 25, 12; Hyper. pro Lyc. frg. XIII, 3; Dem. 6. 7; 14. 14; 21. 67; 49, 41; *καὶ ἐγώ, κἀγώ* = *ἐγὼ δέ* Dem. 48. 6. 31.

Haud scio an nulla vox sit, cui saepius allocutio adiungatur quam pronomini *ὑμεῖς* eiusque casibus obliquis. Raro quidem vocativus aut ad contrarium efferendum aut ad animos audientium excitandos nudum pronomen *ὑμεῖς* sequitur, velut ap. Lys. 13, 8 *τότε ὑμεῖς τε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* . . . . *Κλεοφῶν τε* . . . . Dem. 4, 47 *ὅταν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς αὐτούς* . . . . 19, 125: 24. 101 *ἅπερ ὑμεῖς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι σωφρονῆτε*; 43. 33, 34: Hyper. cont. Demosthenem frg. X. 28, sed nominativus iisdem de causis quibus pronomen *ἐγώ* aliqua particula augeri solet: *δέ* Andoc. 1, 91; Hyper. pro Euxen. XLVI. 27; Aesch. 3. 158: Dem. 4. 40; 19. 275; 21. 182; 23.

206. 214; 35. 15; 40. 45; *μέν* Dem. 23, 112: *γάρ* Aesch. 3, 85; Dem. 20, 166; *τοίνυν* Lys. 13, 93; 15. 11; *καί* Lys. 6. 55: 12. 69: Dem. 19. 125; 25, 89: *ἀλλά* Dem. 40. 53. Casus obliqui huius pronominis, in quantum in transitionibus cum vocativo coniunguntur, pendent ex pronominibus indefinitis aut numeralibus aut praepositionibus aut substantivis aut verbis, accusativus saepe cum infinitivo coniunctus subiecti partibus fungitur: *τινές* (*ἔνιοι*) Andoc. 1, 54; Lys. 24. 13; Dem. 2, 22 *εἰ δέ τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι;* 4. 4; 11. 15; *εἰ τοίνυν τις ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* 21, 70; — 1, 12; 20, 79; 21, 77; Lys. 19, 28; — Lys. 17, 1; *μηδείς* (*οὐδείς*) Dem. 19, 29 *δεῖ δὲ μηδένα ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰς τό* . . . . 57, 35; — 23. 204; 23, 1; *εἷς* Dem. 2. 25; — *ἕνεκα* Andoc. 1. 25; 54. 41; *ὑπό* Lys. 18, 12; *ὑπέρ* Dem. 19, 70: *ἐναντίον* Dem. 18. 141; *πιστότητος ὑμῶν ἕνεκα, ὦ ἄνδρες, τάδε ποιήσω* Andoc. 1, 25; — Aesch. 1, 88 *θαυμάζω δ' ὑμῶν ὦ Ἀθηναῖοι κἀκεῖνο;* 3, 230 *θαυμάζω δ' ἔγωγε ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ζητῶ* . . . . Andoc. 1, 6, 10, 146 *ἔχει δὲ καὶ ὑμῖν, ὦ ἄνδρες, οὕτως.* De verbis *δέομαι ὑμῶν, δεῖ* (*χρή*) *ὑμᾶς* vide, quae supra dixi.

Sed nihil attinet totam exemplorum multitudinem notare. Interdum ne quem eximere videatur, *πᾶς* voculae *ὑμεῖς* orator adiungit ita, ut vocativus aut intercedat: Din. 2, 24; Dem. 18, 5; 21, 12, 14; Lys. 13, 92, aut sequatur, quod semel tantum factum est ap. Dem. 25, 37.

Lysias, Lycurgus, Aeschines, Demosthenes perraro pronomini relativo vocativum adiunxerunt, ut eorum, qui audiunt, animi ad eas res aut personas, quae eo pronomine significantur, vehementius intenderentur: Lys. 13, 46 *οὕς, ὦ ἄνδρες δικασταί, ποίαν τινὰ ἂν ψῆφον θέσθαι* . . . . Lyc. § 46 *περὶ ὧν, ὦ ἄνδρες, μικρῷ πλείω βούλομαι διελθεῖν* (in propositione); Dem. 11, 20; 21, 201; Din. 3. 12 (cfr. etiam Dem. 43, 68). Ad totam sententiam referendus est vocativus

ap. Dem. 48, 46 *ὃ δὲ πάντων μέγιστόν ἐστιν, ὦ ἄνδρες δικασταί* . . . . et 56, 17 *καὶ ὃ πάντων ἐστὶ δεινότατον, ὦ ἄνδρες δικασταί* . . .

Etiam pronomini *οὗτος* vocativus adicitur; hac autem verborum coniunctione orator, quae modo dixit, ea in auditorum animos, ut circumspiciant, revocat: Lyc. § 101 *ταῦτα, ὦ ἄνδρες, τοὺς πατέρας ἡμῶν ἐπαίδευε;* Andoc. 1, 46 *πρῶτον μὲν οὖν ταῦτα, ὦ ἄνδρες, ὁπόσοι ὑμῶν παρῆσαν, ἀναμιμνήσκεσθε* . . . *εἶτα δέ* . . . (in enumeratione); Dem. 19, 64 *τούτων ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι δεινότερον οὐ γέγονεν* . . . . Andoc. 1, 136; Lys. 1, 17; Lyc. § 110; 126; Aesch. 1, 120; Dem. 19, 268; 21, 110. Perraro hoc vocabulo sequentia indicantur, velut ap. Dem. 2, 12; 8, 35. Saepius in propositione formulas *χωρὶς δὲ τούτων* et *καὶ ἄνευ τούτων* reperimus; ter apud Isaeum, semel apud Demosthenem eas vocativus subsequitur. Particulae autem *δέ* et *καί* ita constitutae sunt, ut iis nova pars denotetur: Isae. 9, 16 *χωρὶς δὲ τούτων, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἔτι μείζω τεκμήρια παρέξομαι;* 4, 27 *καὶ ἄνευ τούτων, ὦ ἄνδρες, ἄξιον ὑμῖν ἐξετάσαι:* Isae. 8, 46; Dem. 56, 48. Particulae *δὲ καί* coniunctae sunt in propositione ap. Ant. 6, 28 *ἐπίσταμαι δὲ καὶ τάδε, ὦ ἄνδρες, ὅτι* . . . . . Iam *πρὸς δὲ τούτοις* formula etsi saepius in tertio aut quarto enumerationis membro oratores utuntur, tamen haud amplius bis ea vocativo aucta exhibetur ap. Isae. 4, 18 *πρὸς δὲ τούτοις, ὦ ἄνδρες, εἰ μέν* . . . . et Isae. 12, 10 squ., semel ap. Dem. 58, 4. Pari modo fit, ut in nova narrationis parte *μετὰ δὲ ταῦτα, πρὸς δὲ τούτοις* formulis vocativus adiungatur: Dem. 47, 55 *πρὸς δὲ τούτοις, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἔτυχεν ἡ γυνή μου* . . . . Isocr. 17, 11 *μετὰ δὲ ταῦτ', ὦ ἄνδρες δικασταί, ἀφικνοῦνται* , . . . Andoc. 1, 127; Lys. 1, 15; 16, 15; Lyc. § 21: Aesch. 1, 13; 3. 68; Dem. 34, 10; 50, 38; 56, 9.

Demosthenes et Isaeus formula *ταῦτ' ἐστίν* utuntur, ut sententiam concludant et allocutione adiuncta orationem

paululum retardent: Dem. 20. 55 *ἃ μὲν ἐψηφίσασθε . . . . ταῦτ᾽ ἐστίν, ὦ ἄνδρες δικασταί*; 21. 19; 23, 18; 30, 9; 37, 17; (43, 11); Isae. 7, 37 *τὰ μὲν ἡμέτερα . . . . ταῦτ᾽ ἐστίν, ὦ ἄνδρες*; 8. 40; (10. 6); Dem. 36, 4 *αἱ μὲν οὖν συνθῆκαι . . . . αὗται εἰσιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.*

Etiam pronomina *τοσοῦτος* et *τοιοῦτος* allocutione gravius signantur: Hyper. contr. Dem. fr. 2, 20; Dem. 19, 201: 24, 162, 170: Isae. 8. 1.

Minus saepe vocativus coniungitur cum vocabulo *ἐκεῖνος*: Isae. 3, 36 *ἣν δ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἐκείνῳ, ὦ ἄνδρες, δῆλον ὅτι . . . .*; Dem. 24. 124; Lyc. § 111. Haud ita raro eius pronominis neutrum genus *ἐκεῖνο* (*τοῦτο. τόδε*) et cum particulis (*δέ, τοίνυν* aliis) et cum verbis deliberandi aut cognoscendi ad transitionem formandam coniunctum oratores adhibent, ut sequentia verba magis denotent et auditores intentionem ad ea accuratius dirigere cogant. Plerumque autem hoc transeundi genus vocativo neglecto invenimus velut ap. Isocr. 15. 18; Isae. 3. 57; Dem. 15. 17; 19. 221; 34. 17; 20, 8. 18; 22, 12, 25; nec tamen desunt eiusmodi enuntiata, quibus allocutio adiungitur: Dem. 15. 17 *ὁρᾶτε δὲ κἀκεῖνο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι . . . .* Dem. 2, 12 *σκοπεῖσθε μέντοι τοῦτ᾽, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἰ . . . .*; Aesch. 9, 18; Dem. 19, 221; 59, 116: 19, 148; — 53, 21 *ἔτι τοίνυν καὶ ἐκ τῶνδε γνώσεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὅτι . . . . .*

XIII.

Numeralia, quo maiorem auctoritatem iis attribuerent, perraro Andocides et Isaeus et Demosthenes vocativo ornaverunt: Dem. 10. 54 *αἴτιον δὲ τούτων οὐχ ἕν, ὦ ἄνδρες δικασταί . . . . ἀλλὰ πολλά . . . .*; 5. 11 *δύο, ἓν μέν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι . . . . ἕτερον δέ . . . .*; 18, 3 *δύο δ᾽ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ μεγάλα, ἓν μέν . . . .*; 18. 140, 321; 58, 13; *ἀμφότερος* Isae. 1, 47 *ὅσθ᾽ ἡμᾶς μὲν οὖν ἐν ἀμφοτέροις, ὦ Ἀθηναῖοι, καί . . . .*; Dem 21. 2.

XIV.

Adverbiorum vis vocativo apposito saepius magis augetur: *νῦν δέ* Andoc. 2, 22 *νῦν δέ, ὦ Ἀθηναῖοι, μέ . . . .*; Isae. 4, 30; Dem. 13, 24, 30; 23, 198; 42. 19; *νῦν τοίνυν* Lys 27, 6, 16; *καὶ νυνί* Dem. 35, 43; *ἔτι καὶ νῦν* Lys. 20, 38; *πότε* Dem. 8, 50; 10, 26; *τότε* Dem. 19, 181; 35. 16; *ὅλως* Aesch. 1, 17; Dem. 19, 91; 20, 11; 54, 21; *μάλιστα* Dem. 18, 15; *δικαίως* Dem. 56, 51; 47. 3; *εἰκότως* Andoc. 1, 3; Lys. 16, 16; Isae. 8. 12; Dem. 23, 4; 30, 37; *μηδαμῶς* Lys. 13, 95; 21, 25; 24, 23; Dem. 19, 159; 28. 19; 34, 50; 42. 31; 56. 36. 50; *οὕτως* (*τοίνυν*) Lys. 1. 2; 1, 27, 32; Lyc. § 82; Isocr. 17, 53; Dem. 47, 44; Dem. 8. 4 *πολλὰ δὲ θαυμάζων . . . . οὐδενὸς ἧττον ὦ ἄνδρες τεθαύμακα . . . .*; 21, 108 *ἐνηνοχὼς χαλεπῶς . . . . ἔτι χαλεπώτερον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι . . . .*; Dem. 20. 150 *οὗτός ἐστιν οὐδενὸς ἧττον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι . . . .*

His adiungamus id anteoccupationis genus, quod protasi introducitur, in qua particulae *οὖν* aut *τοίνυν* aut *δέ* inseruntur apposito *ἴσως* adverbio: Lys. 10. 6 *ἴσως τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, περὶ τούτων μὲν οὐδὲν ἀπολογήσεται, ἐρεῖ δέ . . . .*; Isocr. 17, 38; Dem. 41, 12. — Isae. 10, 18; Dem. 50, 43; Lys. 30. 7 *ἴσως δέ, ὦ ἄνδρες δικασταί . . . . ἐμὲ διαβάλλειν πειράσεται.*

XV.

His exploratis rebus ad interrogationes rhetoricas et ad responsa, quae quidem vocativo coniungantur, progrediamur.

Ac primum quidem oratores Attici variis interrogationum rhetoricarum generibus utuntur et persaepe figurandi vim iis attribuunt In maximo autem earum numero paucae reperiuntur, quae allocutione auctae sint (ap. Dem. ad septuaginta, ap. Dinarchum, qui immodice abutitur quaestionibus, octo, ceteri oratores etiam parcius eas allocutione ornant). Quae sit causa, nostro iure rogamus. Ego censeo has quaestiones ipsas per se aptissimas esse ad audientium

animos concitandos et ad attentionem efflagitandam. Praecipue autem huc referendae sunt breves interrogatiunculae, quas ex decem oratoribus longe omnium maxime Demosthenes adhibebat, et ratiocinationes, quas idem summa divinitate tractabat; haec autem exornatio, ut auct. ad Herenn. (4, 16, 24) verbis utar, ad sermonem vehementer accommodata est et animum auditoris retinet attentum quum venustate sermonis tum rationum exspectatione. Quid igitur mirum, si in orationibus Demosthenicis 31 et 39, quae variis interrogandi generibus repletae sunt,[1]) perpaucas allocutiones reperimus?

Neque tamen oratores, ut iam supra monui, in eiusmodi interrogationibus allocutionem plane omittunt; reperimus autem eam saepius in transitione, cum oratores interrogatione responsum subsequens quasi praeparant: Dem. 18, 26 *τί δὲ τοῦτ᾽ ἐδύνατο, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἐγὼ διδάξω;* 24, 174; 22, 67; Aesch. 3, 186 . . . .; aut cum ipsi se interrogant: Dem. 41, 5; 43, 20; 57, 17; Lys. 7, 27; aut cum ipsos se interrogantes auditores intellegere videntur: Dem. 3, 6 *τί δὴ χρησόμεθα ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τούτῳ;* 20, 83; 24, 58; 34, 43; Isocr. 17, 26; Din. 1, 66; aut cum auditores ipsos interrogant (qua in re notandum illud est oratores verbo *οἴεσθε* optare videri, ut auditores ipsi sibi iudicium faciant): Andoc. 1, 102; Lys. 19, 23; 29, 7; Isae. 1, 33; Dem. 19, 66, 299; 43, 56 . . . .; aut cum indignationis pleni interrogantes acriorem atque ardentiorem orationem reddunt: Dem. 20, 46 *εἶτ᾽ οὐκ αἰσχυνόμεθ᾽ ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς τοῦ τοιούτου παῖδας* . . . .; 20, 135; Lys. 1, 18, 41; 3, 7, 17. Denique praecipue Demosthenis proprias esse constat breves interrogatiunculas, quae per ellipsin constitutae esse solent, quas ipsas interdum vocativus subsequitur: 19, 280 *τί οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι;* 21, 106

[1]) cfr. tantum or. 39, 9—19, ubi sexies *τί δέ* reperies.

διὰ τί, ἄνδρες δικασταί; (23, 186 *καλόν γε, οὐ γάρ; ὦ Ζεῦ καὶ θεοί* . . . .); 25, 81 *τί οὖν λοιπόν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι;* 55, 18; 21, 217; 51, 28; 52, 27.

Rarius vocativus responso inseritur. Eiusmodi autem responsa modo causam continent (*ὅτι* Dem. 11, 13, 17; 19, 5; 23, 146, 188; 56, 24, 25; — 57, 16), modo finem (*ἵνα* Dem. 1, 4; 4, 3; 10, 7), modo sententiam negativam (Din. 1, 87 *οὐκ, ἐὰν σωφρονῆτε, ὦ Ἀθηναῖοι;* Andoc. 1, 89 *οὐκ οἶμαι ἔγωγε, (ὦ) ἄνδρες;* Lys. 19, 39 *ἀλλ᾽ οὐκ εἰκός, ὦ ἄνδρες δικασταί.* Isae. 3, 66 *μὴ νομίσητε, ὦ ἄνδρες, ὑμεῖς;* Dem. 30, 16 *οὐκ ἔνεστι δήπουθεν, ὦ ἄνδρες δικασταί;* 52, 29 *οὐκ ἔκ γε τῶν εἰκότων, ὦ ἄνδρες δικασταί.*

XVI.

His absolutis nunc strictim agamus de iuramentis, in quantum vocativus iis adiungitur. Ab antiquissimis quidem oratoribus usque ad Isaeum, qui orator inter duo eloquentiae genera, vetustius illud et hoc posterius, medium locum obtinet, aut nullae aut paucae iurandi formulae in publicum forensemque usum recipiebantur; eo abundantius orationibus interponebantur a posteriorum temporum oratoribus, praecipue ab Aeschine et a Demosthene. In tanta autem iuramentorum copia[1]) perpauca reperias, quibus vocativus annectatur, quippe quae ipsa satis magnam vim et pondus verbis et sententiis addant et ad sermonem colorandum auditorumque animos excitandos mirum quantum valeant. Quae cum ita sint, Lysias et Dinarchus et Aeschines et Demosthenes nonnullis tantum locis eius modi formulas praecipue in transitione vocativo auxerunt, ut auditorum animos rei etiam intentiores facerent (Lys. 19, 54; Aesch. 2, 102; Din. 1, 68; Dem. 13, 16; 24, 121; 35, 44; 42, 6, 17), ut eorum misericordiam etiam vehementius concitarent (Dem. 50, 2; 55, 35), ut imperativum (Aesch. 1, 70; Din. 1, 43), ut respon-

[1]) De eorum vi et usu K. Kühnlein in progr. Neust. 1882 copiosissime egit.

sum (Dem. 24, 125), ut sollemne iuramentum, quod verbo *μαρτύρομαι* formatum est, magis efferrent (Din. 1, 64).

XVII.

Eadem brevitate transigamus vocativum, in quantum iis enuntiationibus interponitur, quibus eadem res simul per affirmationem et negationem effertur, id quod his locis factum est: Lys. 1, 29 *οὐκ ἠμφισβήτει, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ὡμολόγει*; Dem. 10, 54; Isae. 5, 30; Lys. 13, 15, 18; Din. 1, 91.

XVIII.

Quae sequuntur non ad ipsum vocativum sed ad eius supplementa pertinent. Apud Andocidem (1, 150) cum vocativo copulatur nominativus: scriptum enim legimus *δεῦρο, Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ οἱ φυλέται οἱ ᾑρημένοι μοι συνδικεῖν, Θράσυλλος καὶ οἱ ἄλλοι*. Ac leviter rem inspicientibus nobis nihil videtur interesse inter illos vocativos et hunc nominativum *οἱ φυλέται*, praesertim cum *ἔτι δὲ καί* particulis duobus primis nominibus propriis adiunctus sit. Nam si haec tria substantiva subiecti munere fungerentur, articulus vocabulo *φυλέται* oratori adiciendus erat, quod certi tribules oculis eius obversabantur: quem articulum in ipso vocativo eum retinuisse arbitreris. Haec autem interpretatio si a plurali probabilis sit, singularis numerus eam respuit propter casuum exitus diversitatem. Itaque alia interpretatio circumspicienda erit nobis. Vocabula igitur *οἱ φυλέται*, si ad vocativi vim accedere non possunt, apparet iustum nominativum significare, quem in hunc modum interpretamur. Ad adverbium *δεῦρο* cogitatione supplendus est aliquis imperativus modus *ἔλθετε* sive *ἐλθέ* aut similis, in quo latet subiectum *ὑμεῖς*; cui pronomini, etsi expresse positum non est, adiectus est nominativus *οἱ φυλέται* appositionis munere fungens, qua appositione quin sententia relativa contineatur nemo est qui dubitet: *δεῦρο (ἐλθέ) Ἄνυτε, Κέφαλε, ἔτι δὲ καὶ (ὑμεῖς, οἵ ἐστε) οἱ (ἄλλοι)*

φυλέται . . . .[1]); huic autem sententiae vocabula adsistunt *Θράσυλλος καὶ οἱ ἄλλοι* ipsa appositionis vim habentia. Similiter se habent ap. Dem. 58, 25 *σαφῶς ἐρωτῶντες, τί λέγεις, Θεοκρίνη καὶ πάντες οἱ τῶν αὐτῶν τούτῳ μετέχοντες*; 58, 70 *βοήθησον ἡμῖν ὁ δεῖνα*; 56, 50 (ex Blassi coniectura) *δεῦρο ὁ δεῖνα* (quod pronomen cum adhibet orator, de certo homine cogitat, quem nominare aut non potest aut non vult) i. e. *δεῦρο (ἐλθὲ σύ, ὃς εἶ) ὁ δεῖνα*. In eandem rationem cadit illud *ἀκούεις, οὑτοσί* (Dem. 58, 18 hörst du es, der du der bist?). Hae autem elocutiones haud scio an Demosthenicae non sint.

Pari modo pronomini personali, sive expresse positum est sive verbo continetur, substantivum aut participium cum articulo oratores saepe adiungebant neque vocativo neque imperativo antecedente. Illustrissimum autem exemplum exstat ap. Dem. 43, 35 *ὑμεῖς οἱ δικασταί*, quo docemur oratorem vocativo aliud, aliud nominativo significare voluisse; haec ipsa enim vocabula a vocativi significatione longe absunt et appositionis vim habent, quae continet sententiam relativam: *ὑμεῖς οἵ ἐστε οἱ δικασταί*. Velim conferas Ant. Aα 2 *ἡμεῖς οἱ ἐπεξερχόμενοι τὸν φόνον* cum Ant. Gγ 6 *ἡμεῖς, οἳ τὸ τούτου μίασμα ἐπεξερχόμεθα*; Din. 1, 106 *ὑμεῖς οἱ κύριοι πάντων* cum Dem. 58, 55 *ὑμᾶς, οἳ τούτων κύριοι ἁπάντων ἐστέ*. Tales autem appositiones in omnibus casibus exstant et non alteri personae soli, sed primae, sed tertiae adiunguntur. Quarum usum paucis exemplis breviter illustrabo, cum omnia singillatim indicare vel exscribere non attineat.

Ant. *Bδ* 9 *ἡμεῖς οἱ λέγοντες*; *Bγ* 12 *ἡμῖν τοῖς γονεῦσιν*; Cγ. 1 *ἡμᾶς . . . τοὺς τιμωροῦντας*; 6, 28 *ἐγὼ ὁ ἔχων*; 6, 5 *ὑμῖν τοῖς δικασταῖς*; 5, 91 *ὑμῖν τοῖς ἐξαπατηθεῖσιν*.

Andoc. 3, 41 *ἡμεῖς οἱ πρέσβεις*; 1, 39 *ὑμῶν τῶν καθημένων*.

---

[1]) Cfr. Xen. An. 1, 5, 16. Hom. Od. 12, 371 (*ἄλλοι = οἱ ἄλλοι*).

Lys. 18, 20 *ἡμεῖς οἱ κεκτημένοι*; 2, 58 *ἡμῖν τοῖς δυστυχήσασιν* (für uns, die wir das Missgeschick erlitten haben, cfr. Lys. 28, 15 *ὑμῖν ἀτυχήσασιν* für uns, wenn wir einmal ein Missgeschick erleiden); 6, 39 *ἕνεκα ἡμῶν τῶν ἐξ ἄστεος καὶ ἐκ Πειραιῶς*; 27, 12 *ὑμεῖς οἱ ἀδικούμενοι*; 27, 13 *ὑμῖν τοῖς ἀδικουμένοις* (cfr. Dem. 34, 2 *ἡμῖν αὐτοῖς ἀδικουμένοις* uns trotzdem wir etc. et Dem. 53, 2 *ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἀδικουμένου*); 34, 2 *ὑμῶν τῶν ἀκροωμένων*.

Isae. 7, 19 *περὶ ἡμᾶς τοὺς σώσαντας*; 5, 54 *ἐγὼ ὁ ἄθλιος*.

Isocr. 14, 62 *ἡμᾶς τοὺς εὐεργέτας*; 3, 7 *ὑμεῖς οἱ θεῖοι*; 19, 15 *παρ' ὑμῖν τοῖς μέλλουσιν*.

Hyper. or. fun. 2, 10 *ὑμεῖς οἱ ἀκούοντες*; contr. Dem. 5, 8, 25 *ὑμῖν τοῖς κυρίοις*; 15, 31, 10 *ἡμῖν . . . . τοῖς ἡρημένοις κατηγόροις*.

Lyc. § 146 *ὑμῖν τοῖς μέλλουσιν* et *πρὸς ὑμᾶς τοὺς κυρίους ὄντας* (cfr. Lys. 18, 27 *ἡμεῖς τοίνυν, υἱεῖς ὄντες καὶ συγγενεῖς . . . .*; Dem. 44, 27 *ἡμεῖς συγγενεῖς ὄντες*)[1]; § 2 *ὑφ' ὑμῶν τῶν δικαστῶν*.

Aesch. 2, 53, 106 *ἡμᾶς τοὺς πρέσβεις*; 2, 33 *σὲ τὸν γεγενημένον*; 1, 5 *ὑμῖν τοῖς ἔχουσιν*; 1, 50 *ὑμᾶς τοὺς δικαστάς*.

Din. 3, 16 *ὑμεῖς οἱ φύλακες*; 1, 22 *ὑμᾶς τοὺς κρίνοντας*.

Dem. 6, 3 *ὑμεῖς οἱ παρόντες* et *ὑμεῖς οἱ καθήμενοι*; 25, 4 *ἡμῶν τῶν κατηγόρων*; 3, 31 *ὑμεῖς ὁ δῆμος*[2]) i. e. ihr, die ihr das Volk seid; 43, 84 *ὑμᾶς τοὺς δικαστάς*; 18, 98 *ὑμεῖς οἱ πρεσβύτεροι*; 59, 115 *ἐμὲ τὸν λέγοντα* (cfr. Ant. Aδ 11 *ἐμὲ δέ, ὃς εὐσεβεῖν ὑμᾶς πείθω*); 32, 26 *ἡμεῖς οἱ δεδανεικότες* (cfr. Isocr. 14, 45 *ἡμᾶς, οὓ διατετελέκαμεν*.[3])

---

1) cfr. Dem. 15, 23; 28, 109; 32, 23.

2) Id schema technici veteres dixerunt *ἀλλοίωσιν παρὰ (περὶ) τοὺς ἀριθμούς*. Cfr. etiam Liv. 1, 24, 7 tu, populus Romanus

3) Die Apposition zum Vocativ, Ch. F. Pfuhl in Jahns Jahrb. f. Philol. 1865.